

B 35/830

CORPUS IURIS CIVILIS

EDITIO SEXTA LVICIS OPE EXPRESSA

VOLUMEN TERTIUM

NOVELLAE

RECOGNOVIT

RUDOLFUS SCHOELL

OPUS SCHOELLII MORTE INTERCEPTUM

ABSOLVIT

GUILELMUS KROLL

UB INNSBRUCK



+C127029509

U

BEROLINI MCMLIX

APUD WEIDMANNOS



14
89/3

CORPUS IURIS CIVILIS

Volumen primum: Institutiones, recognovit Paulus Krueger (1840—1926) Digesta, recognovit Theodorus Mommsen (1817—1903)

- | | | | |
|--|------|----------------------|--------|
| 1. editio stereotypa | 1872 | [XV], 58, XXXII, | 873 p. |
| 2. ed. ster. altera | 1877 | [XVI], 58, XXXII, | 882 p. |
| 3. ed. ster. tertia | 1882 | [XX], 58, XXXII, | 882 p. |
| 4. ed. ster. quarta | 1886 | XXII, 56 (?), XXXII, | 882 p. |
| 5. ed. ster. quinta | 1889 | XXII, 56, XXXII, | 882 p. |
| 6. ed. ster. sexta | 1893 | XXII, 56, XXXII, | 882 p. |
| 7. ed. ster. septima | 1895 | XXII, 56, XXXII, | 882 p. |
| 8. ed. ster. octava | 1899 | XXII, 56, XXXII, | 882 p. |
| 9. ed. ster. nona | 1902 | XXII, 56, XXXII, | 882 p. |
| 10. ed. ster. decima | 1905 | XXII, 56, XXXII, | 904 p. |
| 11. ed. ster. undecima, Digesta retractavit Paulus Krueger | | | |
| | 1908 | XXII, 56, [IV], | 959 p. |
| 12. ed. ster. duodecima | 1911 | XXII, 56, [IV], | 957 p. |
| 13. ed. ster. tertia decima | 1920 | XXII, 56, [IV], | 986 p. |
| 14. ed. ster. quarta decima | 1922 | XXII, 56, [IV], | 994 p. |
| 15. ed. ster. quinta decima | 1928 | XXII, 56, [IV], | 994 p. |
| 16. ed. sexta decima lucis ope expressa | | | |
| | 1954 | XXIV, 56, [IV], | 957 p. |
- (iteratur ed. duodecima; praefatio Wolfgangi Kunkel)

Volumen secundum: Codex Iustinianus, recognovit Paulus Krueger

- | | | | |
|--------------------------------------|------|--|--------|
| 1. ed. ster. | 1877 | XIV, | 513 p. |
| 2. ed. ster. altera | 1880 | XXX, | 513 p. |
| 3. ed. ster. tertia | 1884 | XXX, | 513 p. |
| 4. ed. ster. quarta | 1888 | XXX, | 513 p. |
| 5. ed. ster. quinta | 1892 | XXX, | 513 p. |
| 6. ed. ster. sexta | 1895 | XXX, | 513 p. |
| 7. ed. ster. septima | 1900 | XXX, | 513 p. |
| 8. ed. ster. octava | 1906 | XXX, | 513 p. |
| 9. ed. ster. nona | 1915 | XXVI, | 516 p. |
| | | recognovit et retractavit Paulus Krueger | |
| 10. ed. ster. decima | 1929 | XXVI, | 516 p. |
| 11. ed. undecima lucis ope expressa | | | |
| | 1954 | XXX, | 513 p. |
| | | (praefatio Wolfgangi Kunkel) | |
| 12. ed. duodecima lucis ope expressa | | | |
| | 1959 | XXX, | 513 p. |

Volumen tertium: Novellae, recognovit Rudolfus Schoell (1844—1893), opus Schoellii morte interceptum absolvit Guilelmus Kroll (1869—1939)

- | | | | |
|-----------------------------------|------|------------------------------|--------|
| 1. ed. ster. | 1895 | XVII, | 810 p. |
| 2. ed. ster. secunda | 1899 | XVII, | 810 p. |
| 3. ed. ster. tertia | 1904 | XVIII, | 813 p. |
| 4. ed. ster. quarta | 1912 | XIX, | 813 p. |
| 5. ed. ster. quinta | 1928 | XIX, | 813 p. |
| 6. ed. sexta lucis ope expressa | | | |
| | 1954 | XXIII, | 813 p. |
| | | (praefatio Wolfgangi Kunkel) | |
| 7. ed. septima lucis ope expressa | | | |
| | 1959 | XXIII, | 813 p. |

Alle Rechte, auch die des auszugsweisen Nachdruckes, der
photomechanischen Wiedergabe und der Übersetzung, vorbehalten
WEIDMANNSCHE VERLAGSBUCHHANDLUNG
Berlin-Charlottenburg 9, Ebereschentallee 4—6

Printed in Germany 1959 by August Raabe, Berlin-Neukölln

PRAEFATIO.

Rudolfus Schoell cum praematura morte nobis eripiebatur, imperfectam reliquit Iustiniani novellarum editionem, quam ante finem anni 1893 se absoluturum esse speraverat. Circumspiciens igitur Theodorus Mommsen eum, qui intra idem fere temporis spatium finem rei imponeret, tandem in me incidit, qui non sine aliqua dubitatione opus suscepi et fortasse detrectassem, si omnes rei difficultates tunc cognitatas habuissem. Illud certe spero, qui de meis quoque curis sententiam laturi sint, reputaturos esse, quam aliena sint haec studia ab homine philologo longe diversas res tractare solito.

Sed ut missis ambagibus ad ipsam rem transeam, cum diem obibat Schoell, typis impressae erant nov. I—CXXXIV c. 13 p. 688 (fasc. X—XIV = vol. III fasc. I—V); sequentia usque ad nov. CLXIII p. 750, 18¹⁾ paene adeo erant perfecta, ut typis tradi possent; praeterea schedae tantum sanequam exiles aderant ad novellas quinque ultimas spectantes, notulae paucissimae ad edicta, appendicis edendae subsidiorum nec vola nec vestigium. Ea igitur usus sum ratione, ut quaecunque Schoellium servaturum fuisse putarem, ipse quoque servarem; ubi ille ad certum indicium se non pervenisse significasset, meum utcunque sequerer ingenium; errores si quos detegebam, tacite sustuli. Praefationem qualem confecturus fuerit, prorsus incertum; studia certe ad textus historiam adumbrandam prorsus nulla reliquit. Duplilem igitur veniam mihi oblatum iri spero, quod subsidia ad hanc editionem adhibita enumerare satis habeo²⁾.

Iustiniani igitur novellarum (τῶν μετὰ

1) Hinc igitur prima persona (*correx*i etc.) non iam Schoellius designatur. Asterisco, quo suas emendationes distinguere solebat ille, usus non sum.

2) Cf. F. A. Biener Geschichte der Novellen Iustinians. Berlin 1824. Zachariae von Lingenthal Gesch. d. griechisch-römischen Rechts.³ Berlin 1892. P. Krueger Gesch. d. Quellen und Litt. d. röm. Rechts. Lpz. 1899 p. 355 ss.

τὸν κώδικα νεαρῶν διατάξεων) syllogae olim extiterunt plures, ex quibus melius novimus tres:

I. collectionem 168 novellarum

II. eam qua usus est interpretis latinus vetus (Authenticum)

III. eam ex qua Iuliani epitome latina fluxit.

Collectio autem 168 novellarum facta est Constantinopoli Tiberio regnante nititurque sylloge vetustiore Iustiniani novellas usque ad annum fere 544 latas comprehendente, cui additae sunt et eiusdem imperatoris leges recentiores et Iustini quattuor (CXL. CXLIV. CXLVIII. CXLIX), Tiberii tres (CLXI. CLXIII. CLXIV), praefectorum practorio formae tres (CLXVI—CLXVIII). Continebat eas quoque leges, quae latina lingua conscriptae erant, versione graeca non adiuncta. Hanc collectionem integram codex exhibit nullus (paene integram M), sed omnibus subsidiis adhibitis paene integram restituere possumus, talem fere qualem in hac vides editione.

Ex hoc ipso corpore fluxit epitome quam Theodorus scholasticus Heropolitanus, qui codicis quoque breviarium graecum conscripsit nec multo post annum 575 fuisse videtur. Inscribitur ea in codice unico sic: Σύνομος τῶν νεαρῶν διατάξεων σὺν παραπομπαῖς τῆς κειμένης ὁμοίως διαίρεσεως πῆ μὲν ἐν τῷ κώδικι, πῆ δὲ ἐν αὐταῖς ταῖς νεαραῖς, Θεόδωρου σχολαστικοῦ Θηβαίου Ἐπιτομολίτου. Disposuit rem ita, ut numerum rubricam exordium sequatur epitome, cuius singularis capitibus subiunguntur παραπομπαί .i. e. mentiones eorum Codicis, vel ipsarum Novellarum locorum, qui ad constitutionem intellegendam aut illustrandam idoneae viderentur; subscriptiones semper adduntur. Edidit ex codice Athoo maximae laurae 37 saec. XI (qui desinit in nov. CLXVI verbis τὰ τοῖς τῶν χρόνων) Zachariae Ἀνέκδοτα Lips. 1843. p. 1—165.

^B Corpore 168 novellarum usi sunt etiam qui Leone imperante (886—911) compilarunt Basilica. Quot et quas novellas receperint, discimus e scholio quod e Tipuciti codice Vatic. 853 bombycino (?) saec. XIV f. 500^r (ubi extat in fine libri LX Basilicorum) primus edidit Alemannus in notis ad Procopii hist. arc. XIV p. 78, deinde Heimbach ed. Basil. II p. VIII: *χοή δὲ ἐλ-δέναι, ὅτι ρξή' νεαραὶ συντετέθησαν παρὰ τοῦ Ἰουστινιανοῦ. ἐξ αὐτῶν ῥμα' ἐτέθησαν εἰς τοὺς προσηρόρους τίτλους τῶν ξ' βασιλικῶν βιβλίων, αἱ δὲ λοιπαὶ ἐπτά καὶ εὐ-κοσι παρεσιωπήθησαν, ἡγουν β'. ε'. ζ'. ζ'. θ'. ια'. μί. μζ'. ν'. νδ'. νε. νζ'. νη'. ξη'. οδ'. οε'. ος'. οθ'. πγ'. πδ'. ζη'. ρζ'. ρζ'. ρζθ'. ριζ'. ρι' καὶ ριθ'* (cf. Biener 135). Scholion est antiquissimum aut certe ad codicem spectat antiquissimum; nam sequenti aetate numerum novellarum in Basilicorum codicibus omissarum in dies crevisse testantur Michael Psellus in *συντόμῳ διατρέσει τῶν νεαρῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ* (edidit Heimbach *Ἀνέκδοτα* II Lips. 1840 p. 234) et index reginae qui dicitur (editus ibidem p. 237 e cod. Paris 1349 s. XI) qui enumerat 168 novellas addens aut num in Basilicis desint aut ubi extent. Hi igitur plane consentiunt de eis, quas deesse dicit scholiasta (nisi quod tacet Psellus de nov. IX. XI latinis et de LIV. LV. CXLIX, ind. reg. de IX), sen uterque plures omitti ait partim easdem partim diversas. Addunt enim Psellus et index nov. XXXVIII. LXII (lat.) LXVII. LXXVII. CI. CIV (lat.) CV. CXXVII. CXXXIX. CXLI. CLIV, Psellus solus CLXI (sed *ρξγ'* reponendum puto pro *ρξα'*), index solus X. XIX. XXXIII (lat.). XXXIV (lat.). XLV (falso). LXV (lat.). LXX. CX. CXXXVIII (lat.). CXLVII. CXLVIII. CLXIII(?). Etiam plures absunt a codicibus Basilicorum qui supersunt). — Quae autem receptae sunt plerumque integrae non manserunt; omiserunt enim Basilicorum redactores semper epilogos cum subscriptionibus, plerumque rubricas inscriptiones prooemia (prooemia, rarius inscriptiones, nonnumquam attulerunt scholia Basilicorum, totarum novellarum interdum epitomas Theodori), praeterea ex ipsis constitutionibus quae eis minus videbantur necessaria. Latinarum summas receperunt Theodori (XXIII. XXXV. XXXVI. XXXVII. LXII. LXXV. CIV. CXI. CXIV. CXXXVIII. CXLIII. CL) atque etiam paucarum graecarum (LI. CXXI. CXXII? CLXV. 2)

1) Etiam aliunde constat iam XI. et XII. saeculo codices extitisse decurtatos: Heimbach VI p. 158. Inde quod novellae a scholiasta commemoratae etiam in codice L omittuntur neque ullae praeter eas nisi latinae paucae, novellarum delectum in hoc codice extantem Basilicis non multo recentiore esse colligitur.

2) Id quoque evenisse, ut posteriores loco verborum integrorum antiquitus receptorum summas

Basilicorum libri sexaginta qui olim fuerunt non omnes servati sunt; desunt enim 19. 31—37. 43. 44. 53—59. Sed in his quae infuerint novellae plerumque discimus ex indice reginae eisque qui insunt in codicibus Coisliliano et Parisino Tipucitique paratitlis¹⁾, partim etiam e synopsi alphabetica, partim e codice Ambrosiano (cf. infra). Fuit igitur in B

l. 31 t. 5, 1: nov. LXXXI t. 7: nov. CXII 7

l. 32 t. 1: nov. XII 4. XVIII 11

l. 32 t. 2: nov. LXXXIX 9

l. 33 t. 2: nov. CLIII 1

l. 35 t. 11, st: nov. CVIII t. 18, 1: nov. CLVIII t. 20, 2: nov. CVII

l. 36 t. 1, 7: nov. CLIX

l. 37 t. 11, 1—4: nov. LXXII t. 12, 1: nov. XCIV t. 12, 2: nov. CLV

l. 48 t. 26: nov. CLVI

l. 55 t. 14, 1: nov. CLVII t. 14, 4: nov. CXXII t. 14, 5: nov. CLVI

l. 57 t. 5: nov. CXXX t. 8: nov. CXVI t. 9: nov. LXXXV t. 19, 1: nov. CLII

l. 59 t. 4, 1: nov. XLIII t. 4, 2: nov. LIX

De ceterarum quae nunc desiderantur locis pristinis coniecturas proponit Biener 583 (cf. Heimbach VI 416 ss.). Cf. infra p. XIV.

Basilicorum editiones extant duae, quarum alteram curavit Annibal Fabrot Parisiis 1641—1647 septem volumina complectentem, qui hos edidit libros hisce usus codicibus:

l. 1—18, 2, 16 e codice Paris. 1352 membr. saec. XIII qui textum habet decurtatum

l. 20—30 e codice Paris. 1348 bomb. saec. XIII

l. 28. 29 e codice Paris. 1354 chart. a. 1556 (apographo codicis Laur. 50, 11)

l. 38—42 e codice Paris. 1345 membr. saec. XII

l. 45—48 e codice Paris. 1349 membr. saec. XI et 1354

l. 60 e codice Paris. 1350 membr. saec. XIII.

Supplementum dedit Reitz Lugd. Bat. 1765, qui l. 8 edidit e codice Leidensi, qui fluxit ex Escorialensi deperdito, l. 49—52 e codice Parisino 1357 chart. saec. XV.

Alteram editionem paravit G. E. Heim-

ponerent. hoc confirmo exemplo: nov. XVII extat in B 6, 3, 22—38, sed in cod. Paris. 1352 nil inest nisi quorundam capitum summae. — Verba Iustiniani haud ita magnum in B passa sunt detrimentum, nisi quod vocabula latina semper in graeca mutata sunt; ceterum et hic et alias tenendum est, accuratam Basilicorum recensionem nondum extare.

1) Paratitla librorum 1—12 edidit Heimbach II 753 e codice Vatic. 853 pessime ut solet (cf. Brandecone bull. dell' ist. di dir. rom. I 107 ss.); ex sequentibus quaedam adnotavit in notis indicum quos supra dixi. Tipucitus fictum ex *τί ποῦ κείται*: cf. Heimbach II p. VII ss. *ἀνέκδοτ.* I 220 s.

bach (sex voll., Lips. 1833—1870) his praeter editiones Fabroti et Reitzii usus auxiliis:

^{B^c} ad l. 1—9 codice Coisl. 151 bomb. saec. XIV (non saec. XI)¹⁾

^{B^c} ad l. 11—14 codice Coisl. 152 membr. saec. XIII vel XIV

^{B^c} ad l. 28. 29 codice Laur. 80, 11 membr. saec. XII.

Nuper denique in bibliotheca Ambrosiana codex F 106 sup. detectus est palimpsestus, cuius prior scriptura quae saeculo X. a peritis tribuitur exhibet excerpta ex toto Basilicorum opere (^{B^c}). Ediderunt quae in codice legere potuerunt Ferrini et Mercati Lipsiae 1897 (= volumen VII editionis Heimbachianae). Novellarum locos, quos legerunt, cum editione nostra contuli et has lectiones varias enotavi:

Nov. XII 4 est in ^{B^c} 32, 1 inde a. p. 98, 10 *εἴ τις γρησίων εἴη παίδων* (sic) — 22 *συνέχειαν*

15 *ταῦτα] μετὰ ταῦτα*

16 *μείνουν* (quod vellem non attigisset Schoell) *οἱ τῶν*

19 *μὴ MJ οὐ LAB^c*

XVIII 8 — p. 134, 35 *θεσπιζομεν* fuit in ^{B^c} 23, 1, 61 et 62

16 *τῆν om.*

γενομένη

19 *ACOLIΟΥ*

20 *om. ἐξ ἐκείνου*

21 *ἐπέβαλλον*

25 *δι] δὲ*

27 *ὀφείθει*

31 *φῆσοι*

33 *τούτων*

XVIII 11 est in ^{B^c} 32, 1 inde a. p. 137, 28 *θεσπιζομεν* — 138, 7

27 *ἡ π. νομ. om.* ut BL

30 *καὶ om.* ut BL

31 *καὶ τοὺς* — 34 *τρόπους om.* ut BL

34 *ἐπειτα* ut BL

35 *συγγράφει*

εἰ pro ἡ ut BL

13S, 1 *σπλάβωμεν*

2 *γρησιοι* ut B

5 *ἀφίκοιντο*

LXXVIII 3 (*εἴ τις* etc.) et 4 (— 3S6, 36 *δουλεύοντας*) habet ^{B^c}

3S6, 1 *μόνον*

14 *γίνοιντο*

19 *ἡ] ἡ καὶ* ut P

20 *μετὰ ταύτην*

21 *ἀλλὰ sine ἅμα* ut LP^c

22 *γραφῆ* bis habet

τῶν τοιοῦτων συμβολαίων

om. εὐθὺς — 26 *γραφῆ*

25 *δώσει*

3S6, 29 *δοῦναι*

πῶς ἂν οὐ

LXXXIX 9 (praeter 43S, 10 *εἴ τις* — 39 *ὄφ'* *ἡμῶν*) et 10 est in ^{B^c} 32, 2

43S, 3 *τῆς γαμετῆς* ut L

6 *ἐπίτεδες*

9 *προτελευτάσης* (?)

439, 4 *καθιστᾶναι*

9 *οὕτως συντόμως*

τὴν τοσαύτην

c. 12 § 2 (inde a *θεσπιζομεν* p. 441, 21) —

15 usque ad p. 444, 15 *μειουσίαν*

extant ibidem

23 *παισὶν ἢ τῇ*

24 *om. περαιτέρω* — 25 *παλλακῆ?*

27 *κἂν εἴ τι*

38 *καὶ om.* ut L

39 *μειαγαγεῖν*

442, 7 *συμβουλήσειν*

11 *τελευτήσοι* ut ML

15 *οὐδὲν*

τούτου ut L

19 *ἀναμφισβήτητος*

22 *τῶν om.*

25 *om. πρὸς* ut cett.

32 *πολλὰς παλλακὰς*

37 *om. γὰρ*

38 *ἐπεισαγαγεῖν*

443, 15 *καταλείπει*

20 *om. verba latina*

25 *ἐγγόνων* ut Theod. Ath.

444, 2 *βεβαιουμένους* ut L

5 *om. πάντα* — 6 *παίδων* ut L

11 *γάμον* ut L

ἢ NEFRION (schol. *οὔτοι ἀμαρτι-*

ροντες εἰς ἀρπαγεῖσαν παρθένον) ἢ

INESTION (schol. *τῶν εἰς συγγέ-*

νειαν) ἢ *δαΜΝατων* (schol. *καταδε-*

δικασμένων)

CXVII 7 (usque ad *παρέχοντος* p. 556, 26) est in ^{B^c} 31, 7 (vulgo 31, 6)

17 *συνίδομεν*

22 *ἀναμφισβήτητος*

26 *om. τοῦ πατρός*

CLIII 1 (*θεσπιζομεν ὅσοι ἐν*-) est in ^{B^c} 33, 2

729, 1 *om. τόποις*

ἀπορριφθέντες

2 *καὶ εἰ*

5 *πόσῳ μᾶλλον* ut ML

7 *τοὺς τε δσιωτάτους ἀρχιεπισκόπους*

καὶ ἐπισκόπους καὶ τὰς ὑπ' αὐτοῦς

ἀγίας τ. θ. ἐκκλησίας καὶ τοὺς ἐν-

δοξοτάτους ἀρχοντας βοηθεῖν

9 *μήτε* ut cett.

10 extat *καὶ*.

Praeterea ad l. 46—48 Parisinum 1357 denuo contulit frater, ad l. 60 Paris. 1350 Tischendorf, ad l. 49—52 interdum adhibuit Vatic. 2075. Supplementum edidit Zachariae Lips. 1846 ll. 15—18 pleniore publicans e cod. Cōpolitano (nunc Berol.). In libris igitur 10. 20—27. 30. 3S—42. 45. 49—52 solis

1) Ne huic quidem librum integrum esse demonstrant Krueger Zeitschr. f. Rechtsgesch. IX 193 Zachariae Beitr. zur Kritik u. Restitution d. Basiliken. Mém. de l'acad. de St. Pétersbourg VII 23 (1877) n. 6.

fere nitimur Fabroti et Reitzii editionibus, in ceteris praeterea collationes habemus minime fideles.

^{B²} E Basilicis integris fluxit synopsis alphabética scholiis instructa saeculi decimi fere medi (ἐκλογὴ καὶ σύνοψις τῶν βασιλικῶν ἐξήκοντα βιβλίων σὺν παραπομπαῖς κατὰ στοιχεῖον), quam edidit post Leunclavium (Basileae 1575) Zachariae Jus Graeco-Romanum V. Eiusdem temporis est eclogae librorum 1—10, quae olim Theodori nomine iniuria ferebatur; cuius codice Meermanniano usus nonnulla protulit Heimbach (cf. I p. XI).

Non eiusdem momenti cuius Basilica duae similes sunt collectiones antea factae, *δ-προχίρων νόμος* (Prochiron) publicatus a Basilio Constantino Leone imperatoribus inter annos 870 et 878 (ed. Zachariae Heidelberg 1837) et *ἐπαναγωγή τοῦ νόμου* (Epanagoge) a Basilio Leone Alexandro imperatoribus inter annos 879 et 886 edita (ed. Zachariae collectio librorum iuris Graeco-Romani. Lips. 1852). Uterque liber eiusdem fere est argumenti ita, ut ordo solus differat; uterque paene totus ex Iustiniani libris conflatus est paucissimis recentibus legibus receptis; uterque et ipsis novellis utitur (recensione tamen, ut videtur, a corpore 168 novellarum diversa) et Theodori interdumque Athanasii epitome. Sicubi a novellarum verbis hi libri suo arbitrio recedunt, varietates non semper commemoratae sunt, sed eae fere solae, quae e traditione novellarum diversa derivandae esse videntur. Locus novellarum in Epanagoges scholiis citatos non respexit Schoell.

Et Prochiron et Epanagoge postea aucta sunt. Prochiron auctum circa annum 1300 compositum (ed. Zachariae JGR VI) epitomis potius et Basilicis et ceteris fontibus usum est quam ipsis novellis ideoque rarissime commemoratur.

Epanagoge aucta (ed. Zachariae JGR IV 171 ss.) saeculi X. exeuntis novellas addidit ex Athanasio et appendice eclogae (p. VII).

Partim e Prochiro Athanasio Theodoro, partim e fontibus nobis incognitis novellarum summaria brevissima hausit *ἐκλογὴ νόμων τῶν ἐν ἐπιτόμῳ ἐκτεθειμένων καὶ εἰς ἑπτὰ τοὺς διηροσμένους* (Epitome) a Constantino Porphyrogenneto anno 920 edita. Titulos 1—23 edidit Zachariae JGR II 265 ss., 24—50 JGR VII (loci novellarum indicantur p. 211). Raro attulit Schoell.

Collectio 168 novellarum adhibita esse videtur in libro qui inscribitur *περὶ χρόνων καὶ προθρησμιῶν ἀπὸ σοφῆς ἕως ἑκατὸν ἐνιαυτῶν* (vulgo *αἱ ῥοικαί*, ed. Zachariae Heidelberg 1836), sed cum interdum numerum citentur ab hac sylloge alieni, diversam collectionem excerptam esse suspicatus est

Zachariae (72 ss. cf. 265 s.), sed huius numeros postea auctoritate corporis 168 novellarum in dies crescente immutatos esse. Verum cum unus adhuc notus sit codex saeculi XIV, retinendum est iudicium.

Alterius novellarum collectionis integram habemus versionem latinam, quod Authenticum vulgo dicitur. Continet 134 Iustiniani constitutiones, quae omnes etiam in corpore 168 novellarum fuerunt praeter 121 (edictum VIII); ex his e graeco versae sunt pleraeque, ipsas latinas Iustiniani constitutiones haec sylloge continet 18 (IX. XI. XVII. XXIII. XXXIII—XXXVII. LXII—LXV. LXXV. CXI. CXIV. CXXXVIII. CXLIII). Loquitur de hac re scholion sub-obscure quod extat in codice Vindobonensi ante Authenticum f. 51^r et in Neoburgensi (V contulit Schoell, Neob. Heimbach. Leviora omitto): *Centum (om. V in spatio vacuo) viginti et duae constitutiones sunt; sed error factus est superius intra (inter Neob.?) centesimam sextam et centesimam octavam, ubi centesima septima esse debuit. Set quia in codice (in codice om. V) antecessoris idem error est et ille secundum suum codicem nobis transmissionem (-ones V) fecit, melius esse duxi (dixi libri, corr. Zach.) non emendare numerum. Hae (hec V, hec Neob.) sunt quae interpretatae sunt, quas tantum (tamen Neob. an etiam?) in codice graeco habemus. Sunt autem et quaedam latinae immixtae graecis, quaedam inter graecas tantummodo sunt. Non extant (etiam libri, corr. Zach.) in praesenti codice centesima vigesima (om. V) secunda, centesima vigesima quarta (c. v. qu. om. Neob.), centesima vigesima quinta, centesima vigesima octava, centesima tricesima, centesima tricesima secunda. De hoc scholio disseruerunt Biener 575 s. Heimbach proll. Auth. LXIII. CCGXVI Zachariae Sitzungs. d. Berl. Ak. 1882. 1000 ss. Zachariae omnino non ad Authenticum, sed ad Iulianum spectare et anno 555/6 conscriptum esse dixit assentiente Kruegero Gesch. d. Quellen 357, 29. At verisimillimum est haec scripta esse a iuriconsulto aliquo, qui Authentici codicem comparavit cum codice collectionis 168 novellarum latinis etiamtum constitutiones continente. Codicem antecessoris dicere videtur non Iuliani, sed ipsius Authentici quem habuit eius praeceptor. Ad ipsos codices V et Neob., etiamsi numeros corruptos esse statuas, haec verba non quadrant; sed in utrumque pervenire potuerunt e libro, qui revera talis erat. Sed ut haec missa faciamus, est Authenticum versio latina (ut omittam paucas illas quae antiquitas latinae fuerunt) collectionis aetatis Iustinianae corpori 168 novellarum similis secundum tempus fere digestae ipso sexto saeculo confecta; nam etsi*

vitiis stultissimis scateat, a Iustiniani dicendi genere non multum recedit. Zachariae l. c. 993 ss. eam esse syllogen coniecit, quae facta sit paulo post annum 554, cum secundum Iustiniani sanctionem (app. VII 11) leges post codicem datae in Italiam transmitterentur. Sed haec coniectura vel ideo falsa est, quod deest ipsa constitutio pro petitione Vigilii (app. VII) et quod inest lex anno 563 lata, nov. CXLIII (cf. ad p. 708, 18). Alias sententias haud spernendas protulit Ninus Tamassia professor Patavinus in dissertatione quae inscribitur 'Per la storia dell' Autentico' (Venetiis 1898 = Atti del R. Istituto Veneto tom. IX ser. VII). Quam quod inspicere potui, L. Seufferti Monacensis et ipsius auctoris comitati debeo. Conatur igitur homo doctus id, quod ipse quoque posui, versionem aetate Iustiniana factam esse, argumentis e dicendi genere petitis demonstrare atque etiam (id quod talibus argumentis probare difficillimum est) in Italia eam confectam esse contendit. Ortam eam dicit in scrinio praefecti praetorio Italiae Ravennae, in quo leges graecae fere post a. 554 (cf. app. VII) ab officialibus diversis in linguam latinam conversas esse ponit; quod sane speciosum est, non certum. Potest enim verum esse etiam, quod M. Conrat coniecit in libro utilissimo (Geschichte der Quellen und Literatur des römischen Rechts. I Lips. 1891 p. 132), in scrinio Illyrico eas translatas esse. Contra Th. Mommsen (Ztschr. d. Sav. St. XXI 155) versionem undecimo potius quam sexto saeculo ortam esse dixit, quae sententia pluribus de causis improbanda est, quas fere protulit Tamassia. Novam Authentici recensionem continet haec editio, de cuius subsidiis infra dicturus sum.

Tertiam collectionem novimus imprimis ex Iuliani¹⁾ antecessoris Opolitani epitome latina. Confecta haec est secundum syllogen 124 novellas et graecas et latinas complectentem post annum 555 (c. 117 data est k. Iun. a. 555) Iustiniano regnante institutam; inest nulla quin etiam corpore 168 novellarum recepta sit praeter c. 29, quae respondet edicto III. Ordo primorum et extremorum ratione carere videtur, c. 40—117 secundum tempus collectae sunt (nec tamen nimis diligenter), c. 40—111 eodem ordine quo in corpore 168 novellarum extant. De suo Iulianus addidit paucissima (cf. cap. CLXIII); inscriptiones prooemia epilogos omisit, verba Iustiniani raro presse sectus est (cf. c. CXI. CXV), plerumque contraxit; subscriptiones subiecit semper, sed haud raro omiserunt librarii. Ad ipsa igitur novellarum verba restituenda momenti

est Iulianus haud ita magni, eo maioris ad subscriptiones, praesertim cum codicibus tradatur vetustissimis. Ex quibus qui in hac editione commemorantur hi sunt:

Berolinensis (antea Rosnyanus, olim ^{Int. b} Pithocanus) lat. 269 in fol. saec. VIII—IX (Haenel p. IV cui est 4) continet Iulianum totum cum appendice, de qua infra dicturus sum. Subscriptiones saepe omittuntur; quae insunt descripsit Schoell.

Parisinus lat. 4568 (olim Ranconeti) ^{Int. p} in 4^o saec. IX (ita Omont) continet Iulianum f. 2^r—165^v cum subscriptionibus omnibus, appendicem f. 171^r—179^v. Contulit Haenel (cui est 2); nov. CXLIII (de qua ante nonnulla enotaverat Krumbacher) et app. I. VII Mommseno intercedente liberalissime Girard.

Vindobonensis lat. 2160 saec. X—XI ^{Int. r} (Haenel VI cui est 5) habet Iulianum f. 2—162^r, appendicem f. 162^r—183^v. Subscriptiones post const. XVIII omittit paene omnes, quae insunt descripsit Krueger. Idem contulit nov. CXLIII; app. VIII Mommseno intercedente L. Hartmann.

Vercellensis bibl. capit. saec. X (Haenel ^{Int. r} VII cui est 6) exhibet Iulianum cum appendice, subscriptiones servat paucas. Contulit G. E. Heimbach.

Raro affertur Sangallensis 1395 saec. VII qui septem foliis nunc valde evanidis continet cap. CCCXLVI—CCCLXII cum subscriptionibus (contulit Haenel) et Paris. lat. 4418 saec. X (contulit Haenel).

Appendix Iuliani comprehendit leges et ex Authentico desumptas (quarundam etiam summas) et aliunde non cognitatas. Praeter codices quos modo nominavimus commemorandi sunt hi:

Mediolanensis bibliothecae Trivulzianae saec. IX (Haenel III cui est 3a). Varietatem ad app. VII a comite di Vesme accepit Haenel.

Coloniensis (olim Wallraffianus) X 8 ^{Int. c} saec. XII (Klenze Zeitschr. f. gesch. Rechtsw. VIII 132) adhibitus a Schoellio (qui ipse contulit) ad XXXIV. CXLIII.

Utinensis eccl. metrop. saec. X (Haenel VIII cui est 7. Habet etiam subscriptiones nonnullas) solus exhibet app. II. III. VI. IX. Contulit Haenel.

Appendicis igitur ratio haec est (ea tantum affero, quae ad hanc editionem pertinent; uncis includo summas):

Utin. (134). 31. (65). 114. 143. 138. (140). (121). ap. 6. 9. 7 n. 140 ap. 1—3
Paris. 143 ap. 7 n. 140 ap. 1
Triv. 143 ap. 7 n. 140 ap. 1
Berol. (134). 34. (65). 114. 143. 138. (121). 134. 117, 1. 2¹⁾

1) *Ἰουλιανῶν σχολιαστικῶν* vel *ἀντίκείμενος* carmina extant Anth. Pal. IX 481 XI 367—369.

1) Eadem sunt in codice Haeneliano praeter n. 117 c. 1. 2.

Vindob. 34.¹⁾ 114. 143. 138. (121).
134. 117, 1. 2 ap. 8

Vercell. 34. (65). 114. 143. 138. (121).

Ex editionibus vetustioribus duae mentione dignae sunt, Miraei (Lugduni 1561), qui imprimis Ranconeti codice (Iul.^p) usus est, et Pithoei (Basileae 1576), qui praeter alios ignotum quoque adhibuit librum app. II. III continentem. Hoc saeculo Iulianum edidit subsidiis plenissimis instructus G. Haenel Lipsiae 1873.

Ath. Praeter has tres collectiones aliarum vestigia deprehendimus haud pauca. Athanasii scholastici Emiseni *ἐπιτομή τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν* Iustino imperante confecta est ex collectione novellarum fortasse ab ea quae postea in corpus 168 novellarum transit haud diversa; insunt enim omnes praeter CXXXVIII. CXXXIX. CXL. CXLVII. CXLIX—CLII. CLX. CLXI. CLXIII—CLXVIII²⁾. Ex his Tiberii sunt CLXI. CLXIII. CLXIV, eparchica CLXVI—CLXVIII. Unius novellae adest epitome, quae neque ipsa corpore 168 novellarum recepta est neque quae ei similis sit: 20, 5. Universa materia digesta est in titulos viginti duos rubricis distinctos (velut primus inscribitur *περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν καὶ μοναχῶν καὶ μοναστηρίων*), his singulae subiciuntur constitutiones addita rubrica inscriptione subscriptione. Rubricae ab eis quae in corpore 168 novellarum sunt saepe diversae haud raro concinunt cum eis, quas praebet Theodorus et Authenticum. In fine singulorum titulorum subnectuntur paratitla ex ipso Athanasio hausta. — Edidit Athanasii epitomen Heimbach *ἀνέκδ.* I uno fere usus codice Paris. 1381 saec. XI non integro.

Coll. const. eccl. Hac epitome usus est is, qui edidit collectionem constitutionum ecclesiasticarum tripertitam quae vulgo dicitur (*νόμος Ἰουστινιανοῦ βασιλέως. συναγωγή τῶν εἰρημένων ἐν τῷ κώδικι καὶ τοῖς διγέστοις καὶ νεαραῖς διατάξεις περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν καὶ μοναχῶν καὶ πραγμάτων εὐαγῶν, ἔτι δὲ καὶ Ἰουδαίων καὶ αἰρετικῶν*). Huius tertio capite 34 novellarum continentur epitomae Athanasianae eae, quae in tribus primis insunt Athanasii titulis; ex sequentibus titulis nonnullae citantur in huius capitis paratitlis, praeterea etiam in capitis primi paratitlis nonnumquam novellarum mentio fit. — Edita est secundum Fabroti recensionem in Voelli et Instelli bibl. II 1223—1361 (inde *Ath. Fabroti* interdum commemoratur), varias lectiones affert Pitra iuris eccl. Graecorum hist. et mon. II 410 ss. Huius

1) Exciderunt nov. 34 finis et 114 initium (cf. ad 241, 10. 533, 15) et nov. 65 summa.

2) *Ath.* 19, 1 spectare ad ed. III si verum esset, etiam nov. XXI deesset; sed hanc illo loco dici pro certo habeo (cf. ad p. 760).

collectionis codici Monac. 380 saec. XIII vel XIV f. 363 inserta est nov. LXXVII: contulit Schoell.

Totus ex Athanasio fluxit etiam libellus *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων*, quem edidit Heimbach *ἀνέκδ.* I 185 ss.

Epitomae novellarum Iulianae similis usum produnt Nomocanon XIV titulorum, Epitome ad Prochiron mutata, appendix eclogae.

Nomocanonis XIV titulorum ad nos pervenit ea forma quam ei dedit homo aliquis (cuius praefatio est apud Pitram II 448 s. Olim Photium perperam dicebant) anno 883; antiquissima redactio saeculi sexti fuisse videtur, secunda inter annos 612 et 692 facta est ab eo, qui etiam librum *περὶ ἐναντιοφανῶν* conscripsit. Hic raro ipsa novellarum verba (CXX c. 10), plerumque summaria novellarum addidit et ex coll. const. eccl. et ex epitome deperditia Iulianae simili hausta¹⁾. Nonnullos novellarum locos e Basilicis adiecit Theodorus Bestes (cuius est praefatio 449 s. Pitra) in commentario anno 1090 conscripto, paucos Theodorus Balsamon in commentario saeculi duodecimi exeuntis. Praeterea librarii interdum quae eis utilia videbantur adscripserunt (cf. ad n. XII. XXII c. 9. 17 CXXXI c. 8). — Edidit hunc nomocanonem post Voellium et Instellium II 789—1140 Pitra l. c. 433 ss. Collectionibus Theodori commentario auctae duo potissimum innotuerunt codices. Dublincensis coll. Trin. 494 saec. XII, ex quo novellarum locos excerpit Krueger, et Monac. 122 saec. XII de quo disseruit auctariaque edidit Pitra I 660 II 441 ss., quem inspexit Schoell.

Epitome ad Prochiron mutata inest in codice Bodleiano 3399 (Selden. 10: Coxe 590) saeculi XI nobilissimo et Marciano 579. Inseruntur ei fragmenta epitomae novellarum eius qua etiam 'Enantiophanes' usus est, quae e codice Bodl. edidit Zachariae *ἀνέκδ.* 208 ss.

Eclogae Leonis et Constantini anni 740 saeculo nono adiuncta est appendix, quae novellarum breviaria plerumque desumpsit ex epitome ab 'Enantiophane' adhibita, interdum ipsas excerpit novellas. Edidit e codice Paris. 1384 saec. XII Zachariae *ἀνέκδ.* 184 ss. Ex hac rursus novellarum summas (praeterea etiam ex Athanasio Theodoro auctore incerto) hausit ecloga ad Prochiron mutata (ed. Zachariae JGR IV 49 ss.)²⁾.

1) Biener 202 ss. 601 ss. Krueger Zeitschr. f. Rechtsgesch. IX (1870) 185 ss. Zachariae die griech. Nomokanones. Mém. de l'acad. de St. P. VII 23 (1877) n. 7 et: über d. Verf. u. d. Quellen d. pseudophotian. Nomokanon in XIV Titeln. Ibid. VII 32 (1885) n. 16.

2) Nil compertum habeo de epitome Marciana

Restat ut ceteros afferam auctores qui novellis usi sunt.

Collectio XXV capitulorum quam vulgo dicunt (*διατάξεις νόμων πολιτικῶν ἐκ τῶν νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ βασιλέως συνηγοροῦσαι καὶ ἐπικυροῦσαι τοὺς τῶν ἀγίων πατέρων ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας*) sexto saeculo confecta post leges e codice desumptas praebet novellas CXXXVII. CXXXIII. CXX. CXXXI c. 13. Edita est ab Heimbachio *ἀνέκδ.* II. 145 ss. e codice Monacensi 380, adhibitis ad ultimam partem novellas completentem Parisinis 1324. 1326. 1334, varias lectiones e codice potissimum Palat. 376 saec. XI protulit Pitra II 407 ss. cf. 373 s. Schoell collationibus usus est Monac. 380 sua ad nov. CXX, Paris. 1326 saec. XI Paris. 1334 saec. X Laur. 10, 10 saec. XI Kruegeri ad omnes novellas.

Collectio LXXXVII capitum confecta est ab Iohanne scholastico Antiocheno circa annum 550 (fuit patriarcha Cyprianus 565—578) e novellis etiamtum dispersis (*μετεγράφη ἐκ τῶν σποράδην κειμένων ἐκρωθηθεισῶν ὑπὸ τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ μετὰ τὸν κώδικα θείων νεαρῶν διατάξεων*). Praebet novellas ad ius ecclesiasticum pertinentes partim integras (quod si fit, rubricae et inscriptiones praemittuntur) partim epitomatas. Hoc libro praetereaque Athanasii epitome usus est is, qui Nomocanonem L titulorum confecit, cui adiecta est appendix constitutionum ecclesiasticarum e collectione 87 capitum compilata eaque huius collectionis capita comprehendens quae ipso Nomocanone recepta non erant¹⁾. — Edidit collectionem 87 capitum Heimbach *ἀνέκδ.* II 208 ss. et Pitra II 385 ss. cum aliis codicibus usus tum Vaticano 843 saec. IX, Nomocanonem L titulorum Voelli et Iustelli II 603 ss. (cf. Pitra 416 ss.). Collectionis codicem Parisinum 1326 Schoellii in usum contulit Krueger.

Incertum est unde fluxerit delectus codicis Ambrosiani (p. X), quem post Heraclium factum esse e loco p. 21, 8. 10 (cf. Coll. I. Nov. 22) et e thematum mentione p. 663, 23 conclusit Zachariae Zeitschr. d. Sav. St. XIII 8 s., undeque summaria novellarum sumpserit ecloge privata aucta saeculi noni (ed. Zachariae JGR IV).

Solo codice Marciano traditur collectio tredecim Iustiniani edictorum, quam supplementum esse existimes collectionis alicuius Iustiniano regnante factae, velut eius qua usus est Athanasius²⁾. Aetate primum

(cod. Marc. 172), quam Enantiophanis epitome uti dicit Zachariae mém. VII 32 p. 6.

1) Rem explanavit Biener 194 ss. 584 ss. (cf. Heimbach II p. LIV Zachariae mém. de l'acad. VII 23 et Zeitschr. d. Savignyst. rom. Abt. VIII 236 ss.).

2) Biener 53 et Zachariae Gesch. 7 supplementum

est alterum datum inter annos 531 et 535, extremum undecimum datum anno 559. Primum et sextum redeunt in corpore 168 novellarum, tertium novit Iulianus const. XXIX, quartum in novellarum corpore latine tantum extat (nov. CXI), octavi versio latina est in Authentico 122, noni epitome in anonymo Bodleiano, Praeterea nullum usquam eorum apparet vestigium.

Ex collectionibus quas enumeravimus duas praebet haec editio: corpus 168 novellarum et Authenticum cum appendice tredecim edictorum ceterarumque Iustiniani constitutionum extra codicem traditarum.

Inter subsidia ad corpus 168 novellarum recensendum parata facile primum locum obtinet codex Marcianus graecus 179^M qui olim fuit Bessarionis, membranaceus in folio, foliorum 415, in fine mutilus, ductibus inelegantibus multisque compendiis exaratus a librario saeculi tertii decimi¹⁾. Altera manus coaeva nil nisi correxit vitia. Continentur libro haec:

In folio praemisso *πίναξ νεαρῶν λέοντος τοῦ δεσπότητος* non plenus; desinit enim in *νεαρά κέ' περὶ λύσεως ὑ ἐξουσιότητος καὶ ἀναδόσεως προικῶς*. Scriptus est totus a manu saec. XV.

In latere verso huius folii scriptum videmus: *ἀφιερῶθη παρα τοῦ μεγάλου κριτοῦ κυροῦ συνάτωρος (s. v. οὐ μαλεῖνου)²⁾ ἐν τῇ ἀγία καὶ μεγάλη μονῇ τοῦ πατρὸς .βιβλία διάφορα· ἐν πρώτοις ὁ ἀπόστολος ὁ καθ' ἡμερῶν καὶ τον(ιένος) καὶ ἡ βίβλος τῶν | τῶν ψαλμῶν καὶ ὁ νομοκάνων ὁ ἐρημνευτεῖς παρα νικολαίου δοξαστῆ· καὶ τὸ μέγα βιβλίον τὸ νόμιμον· αἱ νεαρά αἱ τῶν νόμων*

tum esse volunt corporis 168 novellarum e sylloge antiquiore excerptum, quam Alexandriae factam esse sine idonea causa statuit Zachariae; at ed. I et VI extant etiam in hoc corpore. Sylloges illius pleniorum vestigia Zachariae (Zeitschr. d. Sav. St. XIII 44 ss. XV 366 ss.) deprehendere sibi videtur in adnotatione ad nov. I (p. 10, c) et in rubrica novellae CXII quae loco verae edicto V (= nov. CXI) praemittitur: *περὶ λειτουργῶν καὶ περὶ ἀσφαλείας ἣν δεῖ ποιεῖν τοὺς ἐνάγοντας πρὸ τῆς τῶν ἐναγομένων ἵπουμήσεως*. — At nihil nisi aberravit librarius. Ex glossemate (p. 521, 20) concludere non debebat (XV 368) edictum V versus esse e contextu latino (nov. CXI). Supplementa ab eodem l. c. p. 50 ss. in edicto ultimo ideo proposita, quod huius edicti archetypum papyraceum et singula folia in fine mutilata fuisse sibi persuaserat, non commemoravi nisi ea quae per se commendarentur.

1) Descripserunt Zanetti-Bongiovanni 103 Morelli bibl. manuscr. I 103 Blu me apud Bienerum 617 ss. Zachariae ed. nov. I p. VII ss. Specimen dant Wattenbach-von Velsen tab. L. Utile puto codicem accuratissime describere.

2) Recertior quam *συνάτωρ Μαλένος* is qui diplomati anni 1130 subscriptus (Trinchiera syllab. graec membr. 141 = Montfaucon palaeogr. 401), nisi e codice vetustiore haec transscripta sunt. De Nicolao Doxapatri cf. Zachariae Sitzungsber. d. Berl. Ak. 1887, 1159 ss. Krueger Gesch. d. Quellen u. Litt. 367 s.

Coll. 25 cap.

Coll. 87 cap.

Nomoc. L tit.

app. const. tit.

ἐπανορθώσεις παρα λέωντος τοῦ μεγάλου βασιλέως καὶ τοῦ μακαρίου Ιουστινιανοῦ οἱ ἐπονομαζόμενοι αὐθεντικοὶ· σὺν τούτοις καὶ τὰ *institūtō*. ρπου^τ.

Deinde manu Bessarionis: Leonis novellae τόπος να (del. 79) αἱ νεα αἱ τοῦ Ιουστινιανοῦ καὶ ἄλλων βασιλέων· κτήμα βησσαρίωνος καρδηνάλεως νικαίας τοῦ τῶν σαβίνων: *Locus 51* (del. 79) *Authentice liber b. Car. nicensi Ep̄i Sabinen̄*.

f. 1^r inscriptio magnae cruci inclusa: λέωντος ἐν χριστῷ τῷ ἀθανάτῳ πάντων βασιλεὺς εὐσεβοῦς βασιλέως ῥωμαίων αἱ τῶν νόμων ἐπανορθωτικαὶ ἀνακαθάρσεις. Deinde: *προοιμίον* (sic). — Sequuntur Leonis novellae 113, quarum ultima desinit f. 62^r in μὴ παραιτουμένης ἀποστάσεως¹⁾.

f. 62^r—67^r μελέτη περὶ ψιλῶν συμφώνων. Incipit: εἰ μὲν δι' ἔριν τινὰ, desinit: ἵνα καὶ ἡμεῖς αὐτῶν ἀκουσώμεθα ut in editione Leunclavii *Ius Graeco-Rom. II 202*. Sequitur subscriptio ad Leonis novellas pertinens: τέλος τῶν διορθωτικῶν τῶν νόμων ἀνακαθάρσεων. Post spatium septem linearum incipit.

f. 67^r index novus: διάταξις ζήνωνος βασιλέως περὶ καινοτομιῶν. περὶ τοῦ μὴ ἐπιλέγεσθαι κτέ. et ceterarum novellarum rubricae; numeros saepe omisit librarius supplevitque manus recens. Sequitur index edictorum, qui desinit f. 72^v: γ' νόμος περὶ τῶν ἀλεξανδρέων καὶ τῶν αἰγυπτιακῶν ἐπαρχιῶν. Sequitur ἀρχὴ τοῦ Ιουστίνου νεαρῶν (α'—ε'), deinde ἀρχὴ τῶν τιβερίου (α'—ζ'), tum α' (corr. ex ζ) Θεῖος τύπος περὶ ἐπιβολῆς β' περὶ στρατιωτῶν. γ' περὶ στρατιωτῶν. δ' περὶ παρασποριτῶν. ε' ὅτι ταῖς ἀρχαῖς ἀλλ' οὐ τοῖς ἀρχονσιν ἀντιγράφη ὁ βασιλεὺς. Haec excipit ἀρχὴ τῶν παρχικῶν τύπων, index formarum eparchicarum quem edidit Zachariae ἀνέκδ. 258 ss. Desinit f. 73^v: λθ' τύπος λέωντος τοῦ ἐνδοξοτάτου. Post lineam vacuum sequitur.

α' ἴδιον μαυρικλον τιβερίου· προτεθὲν τοῖς κωνσταντινουπολίταις παρακελευόμενον ἀναγεῖσθαι τὰς μετατορικὰς οὐκίσεις.

β' μαυρικλον περὶ λιθοβολούντων.

f. 74^r α': θέσπισμα ἤγουν νομοθεσία εἰρήνης μεγάλου βασιλέως ῥωμαίων καὶ αυτοκράτορος περὶ τοῦ μὴ δμνύειν τινὰ παραγόμενον εἰς μαρτυρίαν καὶ ἀμφ. (corr. διαφ.) κερ.

β': ὁ αὐτὸς βασιλεὺς περὶ τῶν ἀθεμίτως συναπτομένων ἀπὸ τρίτου γάμου καὶ ἐπέκεινα καὶ περὶ τῶν συναπτομένων ἀπὸ τρίτου γάμου καὶ ἐπέκεινα (sic) καὶ περὶ τῶν συναπτομένων ταῖς οὐκείαις δουλείαις.

αὕτη προγενεστέρα ἐστὶ εἰρήνης τῆς βασιλείσης.

1) Nov. LXVI deesse verum non est: numeri additi sunt a manu recentiore, saepe desunt. Hanc quoque codicis partem contulit Schoell.

α': νομοθεσία λέωντος καὶ κωνσταντίνου μεγάλων βασιλέων ῥωμαίων καὶ αυτοκράτορων περὶ τῶν τὰ ἴδια τέκνα δεχομένων ἐκ τοῦ ἀγίου καὶ σωτηριώδους βαπτίσματος καὶ ἀμφοτέρων (sic) κεφαλαίων.

Hunc indicem excipit ipsa διάταξις ζήνωνος βασιλέως περὶ καινοτομιῶν; post hanc f. 76^v a m² scriptum est ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῶν νεαρῶν Ιουστινιανοῦ (cf. ad 1, 1). Exhibentur primum corporis 168 novellarum graecae Iustiniani constitutiones praeter nov. CXXII et edictum novellae VIII insertum; omissae sunt latinae (quarum nonnumquam summae et Theod. adscriptae sunt, nov. XI rubrica ex Ath.) quaeque Iustini Tiberii praefectorum sunt¹⁾. Hunc ordinem non a librario demum institutum, sed ex archetypo translatum esse demonstratur scholiis loco novellarum omissarum adscriptis: καὶ αὕτη οὐχ εὔρεθη et sim. Ubi tamen extat αὕτη οὐχ ἔγγραφη ὄδε et sim., fortasse librarius ordinem mutavit. Post scholion p. 749 editum legitur f. 391^r: τέλος σὺν Θεῷ τῶν νεαρῶν τοῦ Ιουστινιανοῦ: — τοῦ αὐτοῦ ἀρχὴ τῶν ἰδίων. Sequuntur tredecim edicta usque ad f. 410^r. Post vacuum didimiam paginam legitur: τέλος τῶν νεαρῶν Ιουστινιανῶν: — ἀρχὴ τῶν νεαρῶν Ιουστίνου. Sunt nov. CXLVIII. CXL. Iustini III. nov. CXLIX. CXLIV Tiber. I (praescribitur τιβερίου περὶ τῶν θελων οἰκων) cuius in ultimis verbis τοιοῦτό τι γενέσθαι συγχωροῦμεν codex desinit f. 415^v ceteris quae indice enumerantur omissis.

Praeterea haec videntur memorabilia. Archetypus litteris minusculis exaratus fuit lacunis (49, 29. 502, 25. 691, 3. 737, 12. 743, 20. 22. 782, 19) foliisque mutatis deformatus. Librarius cum alia scholia adscriptis quorum graviora enotavit Schoell, plura Zachariae, tum interdum ἕως ὄδε hucusque novellarum verba in Basilica translata esse significans. Ubicunque recentior manus ἕως ὄδε vel ἀρξου adnotavit, eum deprehendere videmur, qui codicem descripsit, forsitan eum qui Palatinum 387 saeculo sexto decimo exaravit. Litterae intervallis diversae a manu recenti margini appositae (prima est Γ f. 88^v, extrema Τ f. 372^v) quid sibi velint nescio²⁾.

1) Mentione dignum est Psellum (Heimbach *ἄν. II 236*) codicem habuisse a quo aberant CXL. CLXI? CLXV.

2) Textus historiam me enarratum esse negavi: sed tamen nonnulla ad verum de codice M iudicium ferendum utilia congressi. Corpus igitur 168 novellarum non semper textum praebet genuinum; interpolationibus enim vetustioribus (663, 12. 668, 2) redactor addidit snas (170, 22—24. 387, 32. 459, 20. 460, 4—10. 594, 4); ibi potissimum, ubi praeter s alia quoque diversae recensionis exempla praesto sunt, verba pristina in MLB passim depravata esse cognoscimus: velut in nov. CXX C₅lul., in CXXIII S₅lul., in CXXXIII C₅(A) verum praebere solent contra MLB. Sed alii quoque multis locis huius recensionis corruptelas detegimus (MLB: 6, 19.

Codicem contulit Schoell; ubi alia legerat Zachariae, plerumque denuo locos dubios inspicendos curavit. Lectiones diligenter enotatae sunt praeter levissima illa, quibus frustra onerare solent apparatus, vitica prosodica, *v* paragodicum, *o* ex *ω*, *η* ex *ι* a prima manu correctae quaeque his similia sunt.

L Codice Marciano longe inferior est Laurentianus (olim bibi. S. Marci Florentinae) plut. LXXX 4 chartaceus in fol. foliorum 194, et in fine et in initio mutilus¹⁾. Scriptus est saeculo quarto decimo ductibus inaequalibus a duobus librariis, quorum alter a f. 144^r = *οὕτω μέντοιγε* p. 560, 10 orsus est. Praecedit index, sed amisso folio primo incipit f. 1^r a verbis *παρὰ ἰδιώτου γενομένην* (nov. LII p. 297, 9), des. f. 2^r *ρξη' περὶ ἐπιβολῶν*; manus recens adiecit *τέλος τοῦ πινάκος*. f. 3^r incipiunt novellae, desinunt f. 194^r in verbis *ἀπαγορεύοντες βουλευταῖς τε καὶ nov. CLXIII c. 2 p. 750, 18*. Archetypum in complures tomos divisum fuisse colligi videtur ex inscriptione nov. XXXIX: *ἐκ τῶν νεαρῶν βιβλίον β'*. Manus altera recens multas intrusit coniecturas plerumque e *ς* haustas, tertia etiam recentior atramenti nigro colore conspicua rarrissime apparet.

Omissae sunt in hoc libro praeter novellas latines eae quoque, quae in Basilicis

74, 27. 217, 9. 226, 17. 475, 12. 537, 21. 540, s. 629, s. 639, 32. 665, 23. 684, 7 et ubi B deficit ML: 128, 15. 139, 26. 147, 31. 224, 5. 250, 30. 263, 21. 265, 30. 501, 1. 504, 11. 592, 11. 699, 25. 715, 19. 731, 14. 737, 21) cf. etiam 695, 3. Si ubi Basilica verum exhibent contra ML (145, 38. 168, 10. 181, 10. 192, 21. 210, 20. 331, 19. 495, 19. 585, 23. 587, 15) aut codice corporis puriore usa sunt aut ex alia collectione interpolata (cf. 181, 10. 455, 32. 487, 1. 589, 17. 600, 18. 602, 16. 607, 18. 663, 23); idque in universa hac quaestione tenendum est, alterius recensionis codices ex altera correctos esse. Ceterum de Basilicis pessime dicitur persaepe nil certi statui potest; ad certius iudicium venimus de codice M. Hic enim quamquam sacpissime solus pristinam lectionem conservavit (7, 21? 22, 11. 25, 7. 45, 28. 72, 32. 74, 21? 127, 3—6? 215, 17. 220, 27. 287, 3? 313, 7. 330, 27. 334, 19—22. 352, 32. 368, 8. 386, 21. 424, 9. 494, 38), neque negligentis vacat (31, 38. 45, 22. 49, 9. 68, 9. 125, 11. 658, 15) omissionibusque ob homoeoteleuton factis (6, 39. 14, 23. 143, 14. 578, 15. 621, 4. 666, 21) corruptelisque minoribus (220, 1. 443, 6. 497, 20. 517, 19. 610, 12. 777, 23. 783, 28) neque interpolationibus levioribus (23, 37. 76, 32? 100, 9. 167, 28. 181, 11. 207, 33. 608, 17. 670, 31. 693, 15. 717, 24) glossematicis in textum illatis (33, 24. 67, 31. 71, 41? 75, 40. 80, 9. 102, 21. 142, 26 = 527, 20. 181, 19. 341, 1? 363, 33. 397, 21. 438, 3. 459, 9. 599, 3. 644, 25. 654, 22. 680, 36) neque gravioribus (459, 17. 26—29. 493, 20. 499, 38. 696, 21), quae magnam partem fluxerunt e Basilicis (72, 29? 151, 31? 153, 8? 190, 1. 325, 8. 390, 16. 465, 22? 467, 4. 493, 32? 605, 15—21. 606, 11. 654, 25. 655, 6. 673, 31? 697, 7 nov. CXLV), paucae e Codice ipsive novellis (422, 2. 594, 6. 11). Vides igitur ne hunc quidem librum pro certo duce habendum esse; nimium ei interdum tribuisse Schoellium persuasum habeo.

1) Descripserunt Bandini III 174 Biener 557 ss. Zachariae I p. VI s.

antiquitus defuerunt (cf. p. IV), interdum tamen (nov. LXXIV. LXXXVI etc.) rubrica et inscriptione relicta. Quarum novellarum partes tantum Basilica receperunt, eas totas praebere solet L; sed nonnumquam eadem quae B omisit (cf. nov. I p. 7, 33 XVIII p. 130, 31 LVII. LXVI etc.) eodemque modo quo B diversas novellas contaminavit (nov. VI c. 8. XCI c. 2. CXVII c. 10. CXXIII. CXXVII p. 554, 30), verba tradita secundum B immutavit (p. 9, 17. 17, 22. 70, 26. 149, 25. 168, 6. 173, 19. 207, 16. 393, 23. 512, 17. 552, 5. 557, 23. 568, 29. 685, 4. 688, 9) atque etiam additamenta a novellis aliena ex B recepit (p. 291, 11). Latinarum loco semper fere summae Theodori positae sunt. Subscriptiones desunt omnes.

Antequam extrema codicis L folia perierunt, id quod inter annos 1542 et 1544 accidisse constat (Biener 568), totum librum describendum curavit (Politiani manum agnoscere sibi visus est Maier) Ludovicus Bologninus. Quod apographum nunc est¹⁾ cod. Bonon. bibl. commun. B 4. 67. In hoc quae in L cum extremis foliis perierunt extant p. 923 ss. Post nov. CLXVII p. 933 varia extant ad ius pertinentia, p. 1015 fragmentum *περὶ ἐπιβολῶν*, de quo cf. ad p. 755, 19. Cetera vacua sunt¹⁾.

Codicem L contulit Schoell, ad l usus est Maieri schedis Tubingensibus et Kruegeri collatione.

Solius commoditatis causa hic describo codicem Ambrosianum L 49 sup., qui alia quot novellas continet certe non ex corpore 168 novellarum haustas. Est membranaceus in 4^o foll. 227; continet primum canones apostolorum et decreta conciliorum, deinde a f. 49 Nomocanonem XIV titularum Theodori commentario auctum. Haec. saec. XI scripta sunt; inde a f. 184^r scripsit manus saeculi duodecimi. Inscriptio est: *νεαραὶ λουστινιανοῦ βασιλέως περὶ τῶν δευτέρων καὶ ἰερῶν ἐκκλησιαστικῶν κανόνων*.

τίτλος α' οὗτος ἐστὶν οὕτως· *αὐτοκράτωρ κτέ.* Est nov. CXXXI c. 1—4 p. 656, 12. sequuntur f. 184^r—188^r excerpta Athanasiana nov. CXXXIII, f. 188^r—190^r nov. CXXXI c. 5 usque ad finem. F. 190^r—195^r nov. VI tota, quam excipit eiusdem novellae epitome Athanasiana. Capitulum numeri continuantur.

τίτλος δευτέρος f. 195^r—197^r: nov. III. titulus tertius: f. 197^r—197^r nov. XVI cui adiungitur epitome Athanasiana nov. LVI, f. 197^r—198^r nov. LXXXVI.

τίτλος δ': f. 198^r—f. 201^r nov. V, f. 201^r—204^r nov. CXXXIII, f. 204^r—204^r nov. LXXIX. Capitulum numeri continuantur.

1) Cf. Heimbach Zeitschr. f. gesch. Rechtsw. VIII 317 ss.

τίτλος ε' f. 204^v—209^v: nov. VII. f. 210. 211
diversi argumenti capita a manu recentiore inserta.

τίτλος ζ' f. 212^v—212^v: nov. XIX.

τίτλος ζ' f. 212^v—215^v: nov. II.

τίτλος ὄγδοος f. 215^v—216^v: nov. XII.

τίτλος ἑνατος f. 216^v—220^v: nov. CXV.

titulus decimus f. 221^r—224^r nov. I inde a
τὸν ἔμπροσθεν p. 3, 40 (folium unum per-
risse videtur).

τίτλος ἐνδέκατος f. 224^r—224^r: nov. XXXII.

τίτλος ιβ' f. 224^r—226^r

τίτλος ιγ' περι ἐκκλησιαστικῶν } epitomae ex
διαφόρων κεφαλαίων } Athanasii
titulis I. II

τίτλος ιδ' f. 227^v (huius follii dimidia tantum pars superest): in fine extat τῶν ἰουδαίων αὐτοχράτωρ ἰουστινιανός i. e. exordium nov. XVI? Cf. Ath. III.

Manus prior et posterior aequales esse videntur; capita et numeris huius codicis propriis et spatio distinguuntur; argumenta adscripta plerumque perrierunt margine absciso. Maiorem partem contulit Krueger, minorem Schoell. Insignis est codex eo quod et antiqua servat quae redactor corporis 168 novellarum depravavit (63, 35. 675, 22) ideoque cum ζ congruere solet (6, 19. 9, 4. 10, 20. 14, 23. 22, 14! 28, 27. 35, 31. 37, 24. 43, 11. 44, 22. 60, 35. 63, 31! 97, 32. 99, 7. 421, 12. 18. 537, 24. 543, 4. 544, 26. 656, 1. 675, 18) et summa licentia immutat verba tradita et ex aliarum recensionum codicibus correctus est (95, 25. 673, 8.)¹⁾

Nuper innotuit codex novellarum ceteris omnibus vetustior, *Vallicellianus* 95 (olim F 47) saec. XI, quem descripsit E. Martini Catalogo di manoscritti greci esistenti nelle biblioteche Italiane II 162 sqq. Qui in fol. 281^v sqq. continet nov. CXXXVII. III. LXXVII. CXXXII. CXXXIII, quibus in margine adpicti sunt numeri πζ, γ—ιγ. Cuius aliquam partem (maiorem partem nov. III) in usum meum summa comitate contulerat Nic. Festa amicus; deinde vero G. Bortolucci Mutinensis in Rendiconti della Accademia dei Lincei, Classe di scienze morali, vol. XVII (1908) p. 69 omnes varias lectiones enotavit. Et cum iam ex Festae spicilegio cognovissem, codicem vetustum (quem decimo potius saeculo quam undecimo tribuere vult Bortolucci) nihil fere quod bonae frugis sit praebere, impetrare a me non potui, ut omnium quinque novellarum varias enotarem lectiones, sed tertiae tantum hic enumero:

1) In aliis quoque codicibus novellae extant dispersae: Vatic. gr. 2075 (Heimbach Basil. VI 174) sub rubrica ἰουστινιανῶ α' septemdecim habet capita argumenti incerti, deinde nov. V; Vatic. 2019 saec. XIII post epitomen canonum septem novellas. In Ashburnhamensi 99 (Stangl Philol. 45, 211) nihil inesse quod ad ius pertineat ad Schoellinum retulerunt Kysner et Karo.

- p. 18, 7 om. μεγάλης
11 ταύτης πόλεως ut L m. rec.
12 τῆς — 13 πατριάρχῃ] κωνσταντινου-
π(όλεως)
15 πρὸς τε alterum] καὶ
18 μὴ om.
19 τοῦ] τῶν
20 καλῶς] ἰκανῶς
21 ἀξίους
22 ἰδικῶς ut A
24 διατάξαντες
26 τὰς ἐν — 27 διακόνους] περὶ τοὺς
εὐλαβεστάτους κληρικούς
28 ταῖς corr. ex τῶν
31 τὴν alterum om. ut A
- p. 19, 2 μητέρα] μήτε
5 ποιουμένων
6 δὲ] δὲ καὶ
7 ἐπι] ἐν
om. αὐτῆς
12 om. τῶν ut L¹
14 μόνον
16 om. ὄμοις — μέν
21 ὄρισαι
ἔδωκεν
22 καταστάσειν cf. L²
23 διαμεῖναι τε
25 ἔμεινεν ut A
ἀγίων
27 ἐξήχθησαν
28 ἡδῆ τοῦ μὲν
33 οὐκείας
34 ἐκ τῆς] ἡ
34 et 35 μηδὲ ut ceteri
37 ἀπειρίαν
μηδαυτοῖς λειτ.
39 ἀλλ' — πιασῶν om.
successor et ex voluntate, nihil dissimilis legitimis, et ex donatione percipere poterit patris, ita tamen ut non amplius habeat uno horum qui ab initio legitimi sunt et inter omnes minus habente. Cum semel 5 autem illi susceperint oblationem et propterea ad ius legitimorum ascenderint, non sinimus eos abstinere se patrum hereditate aut videri quasi donationem in se factam et ratam habitam ab eis relinquere et fortuna recedere: manentes itaque curiales 10 relictam aut donatam, sicuti dudum a nobis dictum est, habebunt mensuram.

1 Si vero ab initio refutaverint oblationem, manere liberos praeponeutes licet naturales quam fieri ditiores et curiales, deinde videantur postea aut in totum aut ex parte possidere res donatas aut relictas sibi 15 aut etiam alienare, tenebuntur omnino curiali fortuna etiam inviti, ut non adulterari nobis videantur legislationem et lucra quidem venentur quae occasione oblationis sunt, repellant autem fortunam propter quam lucra promeruerunt. Et haec similiter sancimus et in masculis oblatis curiae et in filiabus nubentibus curialibus: nulla existente differentia, sive per masculos quispiam curiae munia agat sive per generos curiam in filiabus augere voverit et per illorum filios novos adicere prioribus curialibus filios eorum.

Filium vero per huiusmodi causam factum legitimum ipsi soli genitori legitimum facimus, non etiam extraneae cognationi patris (dicimus autem et ex quibus ille natus est et qui ex utroque sunt et qui ex eo processerunt) facimus eum velut ex quadam machinatione cognatum. Sancimus enim oblationem curiae naturalem filium solummodo patri legitimum fieri successorem, nullum tamen habere participium ad ascendentes aut descendentes aut ex latere agnatos vel cognatos patris, aut illos aliquid habere partici-

mento heres sit, nullo pacto dissimilis legitimis, atque ex donatione patris capere possit, ita tamen ut non plus habeat quam eorum qui ab initio legitimi fuerunt unus qui omnium minimam partem habeat. Ubi autem illi semel oblationem acceperunt et propterea inter legitimos relati sunt, non permittimus iis ut abstineant se ab hereditate parentum aut videantur scilicet donationem in ipsos collatam et ab ipsis agnitam relinquere et a condicione illa recedere: manentes enim curiales quod relictum vel donatum est secundum 1 eum quem prius diximus modum habebunt. Si vero ab initio oblationem recusent, malinque liberi manere quamvis naturales quam ditiores et curiales esse, postea autem appareat eos vel in totum vel pro parte possidere res ipsas donatas vel relictas vel etiam alienasse, omnino curiali fortunae quamvis inviti obnoxii erunt, ne videantur legem nobis adulterare et lucra quidem oblationis causa proposita captare, fortunam autem propter quam lucris digni habiti sunt aspernari. Et haec similiter sancimus tam in masculis curiae oblatis quam in filiabus quae curialibus nubunt: ut nulla sit differentia, sive quis per masculos curiae munera subeat sive per generos filiabus coniunctos curiam augere et quantum in ipso est per filios illarum novos curiales prioribus illorum filios addere velit.

IV. Filium autem ex tali causa ad ius legitimorum adductum ipsi genitori soli legitimum reddimus, neque vero etiam triplici illi cognationi patris (dicimus et eorum ex quibus ille natus est et qui ex lateribus sunt et qui ex ipso sunt prognati) eum tamquam ex machinatione quadam cognatum facimus. Sancimus enim, ut naturalis filius curiae datus soli patri legitimus sit successor, neve vero quicquam commune habeat cum ascendentibus vel descendentibus vel a latere iunctis adgnatis vel cognatis

2 διανάσθω M (poterit ε) || δυνάμενος L || 4 ἐνὸς ἐν οὐκ? L¹ || 7 abstinateύειν M || ἀναχωρεῖν L || αὐτοῦς L || 13 ἐπίδοσιν L² Ath. || δόσιν M || τὸ τοῦ L¹ καὶ L² || 14 κἂν M² || καὶ L || πλουσιώτεροι || καὶ πλουσιώτεροι L || 15 προκρίνοινται M² φανήσῃ L || 24 εἴτε) οὐτε L² || 25 βουλευταῖς L² || 26 τῷ βουλευτήριῳ L¹ || 27 τὸ γε ἐπ' αὐτῶν om. ε || ἐκείνων L || 28 βουλευταῖς) curialibus (i. e. βουλευταῖς) ε || 32 τρίτῃ ταύτῃ) extraneae ε τριπλῆ) ταύτῃ coni. Zachariae || 39 adgnatus M adgnatus L || 40 cognatus L κογιτάτους M || τίνα) ἐκείνους τινὰ L²

1 legitimis dissimilis R || 2 ita) *a V¹ || tantum R || 3 eorum R² || 4 habenti RT || 6 eas V¹ || 7 se om. V

10 reluctamus T || 12 refutaverit R¹ || ablationem R || 13 liberi vulg. || ditiores T² ditiores R¹ donationes V || 14 *...antur R¹ || in om. T¹ || 15 possideres V² || relictas R¹ V || sibi om. R¹ || 16 omnino) aut omnino R¹ || fortune V || 19 unantur T¹ uneretur R¹ unerentur R² || 19 sunt) fuerit V || 20 lucram V² || meruerunt V² promerentur T || Et) Set V || 21 et in masculis) et om. RT || 23 masculus V² || munie V¹ munera V² T² || 24 agit R || agere R¹ || uolunt T || 30 sq. per — etiam extra) scr. R² in ras. unius versus || 32 cognatione R || et ex) et om. R¹ || 33 extroque T || sunt V vulg. || sint RT || 35 enim om. V || 37 tantum R || partium V || 38 ex om. V || latere V² in ras. || 39 illos) alios T || aliquid R V || aliquos T² aliquid vulg.

εις την εκείνων διαδοχήν, την ἴσην καὶ αὐτῶ διδόν-
 τες προνομίαν, ὥστε καθάπερ αὐτοὺς εκείνοισ οὐ γίνε-
 ται διάδοχος, οὕτω μηδὲ εκείνοισ εἰς τὴν αὐτοῦ καλεῖ-
 σθαι διαδοχήν, πλὴν εἰ μὴ γραφείην ἢ αὐτοὺς εκείνοισ
 ἢ παρ' εκείνων γραφείη. μόνω γὰρ τῷ πατρὶ γίνου-
 νται γνήσιοι καὶ συγγενεῖς εἶναι πιστεύονται.

pium ad illorum successionem, aequum etiam ei dan-
 tes privilegium, ut sicut nec illis fit iste successor,
 nec illi ad eius vocentur successionem, nisi forte
 scriperit aut ipse illos aut ab illis scribatur. Soli
 5 enim patri fiunt legitimi et cognati esse creduntur.

CAPUT V.

Νομοθετήριον δὲ τινες τοῖς οὕτω γενομένοις γνη-
 σίοις ἀποτελοῦνται διάδοχοι. εἰ μὲν γὰρ σχοίη παῖδας
 ὁ τοιοῦτος ἢ ἐγγόνους ἀπὸ γνησίων αὐτῶ γενομένους
 γαμετῶν, καὶ εἰκότως καὶ βουλευτὰς καθεστῶτας, πάν-
 10 τως αὐτὸν διαδεχέσθωσαν· τί γὰρ νομιμώτερον γνη-
 σίου παιδὸς πρὸς πατρῶν διαδοχήν; εἰ δὲ γε παῖ-
 δας ἔχοι μὴ βουλευτὰς ὀτεδήποτε γενομένους αὐτῶ,
 τρικαῦτα τὸ νόμιμον μέτρον εἰς τὴν βουλήν τε καὶ
 τὸ δημόσιον ἀφικεῖσθαι, τὸ λοιπὸν δὲ ὅσον ἂν εἴη
 15 εἰς εκείνοισ τοὺς παῖδας τοὺς μὴ βουλευόντας ἤκετω.
 εἰ δὲ καθόλου μηδεμία τις αὐτῶ καθεστῆκοι γονή,
 τελευτήσῃ δὲ ἀδιάθετος, τὸ μὲν ἐνναούγκιον ἢ βουλή
 καὶ τὸ δημόσιον ἐγένωσαν κατὰ τὸ πρόωρον δὴ τοῦτο
 παρ' ἡμῶν νομοθετημένον, εἰς δὲ τὸ λειπόμενον
 20 τριούγκιον οἱ ἐκ τοῦ νόμου καλούμενοι πάντες ἤξου-
 σιν, ἢ εἴπερ διάδοχοι ἐπὶ τοὺς γραπτῶς ἐλεύσεται
 κληρονόμοις. ἀπαξ γὰρ αὐτὸν γενομένον βουλευτὴν
 ὁ νόμος λαβὼν καὶ ἐγγράψας τῷ βουλευτηρίῳ καὶ
 τὰς διαδοχὰς αὐτοῦ καὶ τὴν ἄλλην ἀπασαν τεταγμέ-
 25 νην ἔδωκε τοῦ βίου διαδοχήν τε καὶ πορείαν. εἰ δὲ
 τις ἢ τῶν ἐκ τοῦ γένους ἢ καὶ ἔξωθεν, ἢ καὶ γε-
 γραμμένος τυχῶν ἢ καὶ μὴ γεγραμμένος βουλευτὴν
 προσελθεῖν τῇ βασιλείᾳ καὶ αὐτὸν ἐπιδοῦναι τῇ βουλῇ,
 ἄδικαν ἔχεται τοῦτο πράττειν, καὶ τὸ ἀφωρισμένον
 30 τῷ βουλευτηρίῳ μέρος λαμβάνων γενέσθαι βουλευτῆς
 καὶ τῆς τε τύχης τῶν τε λειτουργημάτων διάδοχος,
 εἰ τοῦτο ἢ βασιλείᾳ ἐπινοῦσιν.

Ergo sancendum est, qui factis ita legitimis effi-
 ciantur successores. Si quidem habuerit filios qui
 talis est aut nepotes de legitimis sibi procreatos
 10 uxoribus, et merito etiam curiales constitutos, mo-
 dis omnibus ei succedant: quid enim legalius sibi
 proprio filio ad paternam successionem? Si vero
 filios habuerit non curiales quandoque sibi progeni-
 tos, tunc legitima mensura veniat ad fiscum et cu-
 15 riam, reliqua vero, quantumcumque fuerit, ad illos
 filios qui curiales non sunt accedat. Si vero etiam
 generaliter nulla ei sit proles, et moriatur intestatus,
 novem quidem uncias curia et fiscus habeat secun-
 dum quod dudum sancitum a nobis est, in reli-
 20 quis autem tribus uncis qui ex lege vocantur omni-
 bus modis venient, aut si testatus fuerit ad scriptos
 descendant heredes. Semel autem factum curialem
 lex suscipiens et inscribens curiae et successiones
 et aliam omnem ordinatam dedit vitae successionem
 25 et quaestum. Si quis autem vel ex genere vel ex-
 traneus, scriptus forsitan aut etiam non scriptus, vo-
 luerit adire imperium et semet ipsum offerre curiae,
 licentiam habeat hoc agendi, et distributam curiae
 partem accipiens fieri curialis et tam fortunae quam
 30 functionum successor, si hoc imperium annuerit.

CAPUT VI.

Εἰ δὲ τις γνησίοις μὲν παῖδας οὐκ ἔχοι, νόθοι δὲ
 αὐτῶ καὶ μόνοι καθεστῶσιν, ἐξέστω μετὰ τοῦ τῆς
 35 βουλῆς ἀρχῶν αὐτῶ γραφείην τούτους κληρονόμοις·
 καὶ ἢ γραφῆ γὰρ ἀντὶ πάσης ἐπιδόσεως ἔστω, καὶ μὴ

Si quis autem legitimos quidem filios non habeat,
 naturales autem ei solummodo sint, liceat ei (cum)
 35 curiae onere scribere eos heredes; et scriptura pro
 omni oblatione consistat et non egeat hoc antiqua-

c. VI (— 435, 38) fere repetitum est ex nov. XXXVIII c. 1. 2 (249, 8—250, 10)

patris, neve in illorum successionem ullam partem habeat, aequale privilegium et ipsi dantes, ut quemad-
 modum ipse illis non fit successor, ita ne illi quidem ad eius successionem vocentur, nisi aut ipse illos
 heredes scribat aut ab illis scribatur. Soli enim patri fiunt legitimi atque cognati esse creduntur.

V. Sancendum autem est, quinam iis qui hoc modo legitimi facti sunt successores efficiantur.
 Atque si quis eorum liberos vel nepotes habeat ex legitimis coniugibus ei natos, quique merito etiam
 curiales sint, omnino ipsi succedant: quis enim rectius ex lege ad paternam successionem vocatur filio
 legitimo? Sin autem filios habeat qui curiales non sint utcumque ei natos, tunc legitima portio ad cu-
 riam et fiscum perveniat, reliquum vero quantumcumque est ad liberos illos qui curiales non sunt veniat.
 Quodsi prorsus nulla ei proles sit, et intestatus decesserit, novem quidem uncias curia et fiscus habeant
 secundum id quod nuper a nobis sancitum est, ad reliquas vero tres uncias omnes venient qui a lege vo-
 cantur, vel siquidem testamentum fecerit, illae ad scriptos heredes transibunt. Lex enim cum eum semel
 curialem factum susceperit et curiae adscriperit, et successiones eius et reliquum omnem vitae ordinem
 atque cursum dedit constitutum. Si quis vero aut ex iis qui ex familia aut qui extranei sunt, sive
 scriptus forte sive non scriptus heres imperatorem adire seque ipse curiae offerre voluerit, liceat ei hoc
 facere, et accepta parte curiae destinata fieri curiali et fortunae atque munerum successor, si id
 imperator adnuerit.

VI. Si quis autem legitimos liberos non habeat, sed naturales ei sint soli, liceat ei cum onere
 curiae hos heredes scribere, et scriptura quidem pro omni oblatione sit, neve ulla (id quod ex veteribus

3 οὕτω μηδὲ M] οὕτω καὶ? L¹ οὕτε L² nec ε ||
 5 γραφῆ L || 8 γὰρ om. ε || 9 αὐτῶν L¹ || 11 αὐτῶν
 L || 14 ση. εἰς — δημόσιον] ad fiscum et curiam ε || 17 εἰ
 δῆ] si vero etiam ε || 18 ἐνναούγκιον L (et sic infra) ||
 20 νομοθετημένοι] nov. XXXVIII c. 1 || 21 πάντες]
 omnibus modis (i. e. πάντως) ε || 23 αὐτῶν om. ε || 26 δια-
 δοχῆν] (eg. διαγωγῆν?) || 27 ἢ καὶ γεγραμμένος] ἢ καὶ
 om. ε || 31 ἐνεσθαι βουλευτῆν L || 33 ἢ] εἰ M || 34 οὐκ
 ἔχοι παῖδας L || 35 καθεστῶσιν 249, 9 || 36 τούτους M]
 αὐτοῦς L || 37 γε M] δὲ L

alios VT² || scribantur V || 5 fuerit R¹ || 7 post legitimis
 spatium vac. 10—12 lit. R || efficiuntur R || 11 ei vulg.]
 eis RVT || subcedant V || quod VT¹ || proprio filio est
 T || 12 ad] habere V || 13 quandoque del. R² || 14 et
 om. R¹ || curiam T¹ || 15 reliqua VT] reliquam R¹ reli-
 quam R² vulg. || quantumcumque T || 16 filios om. V || ac-
 cedant V² || 17 ei om. V || 18 quidem om. V || habeant al.]
 19 a nobis sancitum T vulg. || est om. R || in] ut V ||
 22 descendit V descendit R descendat T || simul V¹ ||
 25 vel ex] vel om. R¹ || 26 autem R¹ || noluerit R² nolunt
 R¹ || 28 curiae] in curiae V¹ || 29 fortu T¹ || 30 funcio-
 nis V || 35 autem om. R || cum add. Beck || 36 onere Beck]
 honore libri

1 etiam om. T || 4 scripserint R² || ipse om. R¹ || illos]

δεῖσθω (τοῦτο τὸ τῶν παλαιῶν νόμων) ἑτέρας προσ-
 θήκης μηδὲ τῆς ἐν ᾧ περιῖσαν ἐπιδόσεως, ἀλλ' αὐ-
 τόθεν γραφέντες, εἴ γε ἐλευθεροὶ καθ'εστῶσι, βουλευ-
 ται ἅμα καὶ κληρονόμοι γενέσθωσαν, καὶ ἐχέτωσαν
 καὶ αὐτοὶ τὸ τῆς περιουσίας ἐπιδοῦναι. καθάπερ
 ἂν ὁ πατὴρ αὐτοῖς διανεύη. εἰ δὲ καὶ τὸ πῦν αὐτοῖς
 βουληθεῖ καταλιπεῖν, ἐπὶ πρῶξαι κάλλιον· πλὴν ἀλλὰ
 μὲρι τοῦ ἐπιδοῦναι πᾶντως αὐτοῖς καταλιμπανέτω,
 γινώσκον ὡς, κἄν αὐτοῖς καταλιπῶν ἔλαττον, ἀλλ' ἐκ
 τοῦ νόμου πάντως ἢ ἀνυπλήρωσις τῆς οὐσίας ἔσται. 10
 οἱ δὲ εἴπερ ἔλοιτο, βουλευταὶ γενέσθωσαν· εἰ δὲ τι-
 νες μὲν ἔλοιτο τινὲς δὲ παραίτησάντο, ἐπὶ τοῖς αἰ-
 ρουμένοις τὰ τῶν παραινούντων ἀρκεσθῶ μερῶν.
 εἰ δὲ ἅπαντες ἀπέπειθον, τηρικῶντα ὡς ἀπαιδίας οὐ-
 σης οὕτως ἐπὶ τῆν βουλήν ἐρχέσθω τὸ ἐπιδοῦναι 15
 ἅπαν. εἰ δὲ ὁ μὲν σιγήσῃ, πιδῶν δὲ αὐτῷ γνη-
 σίων οὐκ εἴη σπορά, τηρικῶντα τὸ μὲν νόμον μέρους
 ἐπὶ τοῖς ἐξ ἀδικοῦ κληρονόμοις ἐρχέσθω, οἱ παῖ-
 δες δὲ οἱ νόθου, εἰ βούλωται ἑαυτοῖς ἐπιδοῦναι τῷ
 βουλευτηρίῳ, τοῦτο ποιέτωσαν καθάπερ ἂν ἐθέλη- 20
 σαιεν, εἴτε πάντες εἴτε τινὲς ἐξ αὐτῶν, καὶ πάντως
 τὸ ἐπιδοῦναι τῆς περιουσίας εἰς τοὺς βουλευοντας
 ἢ τὸν βουλευοντα περιστήσεται. εἰ δὲ καὶ ἐκ δούλης
 σιτῶ τεχθέντες εἴεν, εἴ γε αὐτοῖς ἐλευθερώσῃεν τῶ
 περιῶν ἢ ἐν τῇ διαθήκῃ καὶ ἐπιδοῦναι τούτους, καὶ οὕτω 25
 προσχεσθῶσαν καὶ ἐστῶσαν βουλευταὶ, καθάπερ ὁ
 διαθέμιος ἠβουλήθη ἢ καθάπερ ἢ αὐτῶν ἐπιθυμία
 πεποίηκεν· ἐπιδοῦντες γὰρ ἑαυτοῖς τῇ βουλῇ λήγονται
 καθάπερ εἴρηται τὸ ἐπιδοῦναι. πανταχῶν γὰρ βου- 30
 λόμηθα, κἄν εἰ διάδοιτο κἄν εἰ μὴ βουλευσάμενος
 ἀπέλοι, τοὺς εἰς τῆν βουλήν ἐρχομένους τὸ ἐπιδοῦναι
 λαμβάνειν. εἰ δὲ ἐλευθερώσῃεν μὲν μόνον οὐ
 μὴν ἐπιδοῦναι, οἱ δὲ καὶ οὕτω βούλωτο ἢ τις ἢ τινες
 ἐξ αὐτῶν πρὸς τὸ βουλευτήριον ἰδεῖν, κακίως τὸ ἐπι- 35
 δοῦναι τῷ βουλευοντι ἢ τοῖς βουλευομένοις κατὰ τῆν
 ἀντολίαν διδοῦσθω. εἰ δὲ μηδεὶς τῶν νόθων ἢ βου-
 ληθεῖ ἢ ἐπιδοῦναι, τηρικῶντα τὸ ἐπιδοῦναι ἢ βουλήν
 λαμβανέτω· ὅλον δὲ ὅτι συμπαρακολούθησει παντα-
 χου τὸ δημόσιον κατὰ τῆν περὶ τούτου τεθειμένην
 παρ' ἡμῶν διάταξιν. τὸ μὲν οὖν περὶ νόθων τῶν 40
 δια τῆς εἰς τῆν βουλήν παρόδου γινομένων γνησίων
 καὶ τοῦ τρόπου καθ' ὃν ἐπιδοῦνται καὶ τῶν διαδο-
 χῶν ταύτη καθαρῶς ἡμῖν νενομοθετήσθω.

rum legum alia adiectione, neque oblatione dum
 superstites essent, sed ex hoc ipso scripti, si liberi
 sunt, curiales simul et heredes fiant et habeant et
 ipsi substantiae novem uncias, sicut pater eis distri-
 buerit. Sin autem etiam totum eis relinquere vo-
 luerit, adhuc faciet melius: verumtamen usque ad
 novem uncias omnino eis relinquit, sciens quia si
 reliquerit minus, a lege modis omnibus supplementum
 substantiae fiet. Illi vero si voluerint, curiales
 fiant; si vero aliqui quidem eligant aliqui vero re-
 futent, ad eos qui eligunt refutantium veniant por-
 tiones. Si vero omnes renuerint, tunc tamquam filiis
 non existentibus ita ad curiam veniant novem unciae
 omnes. Si vero ille quidem tacuerit, filiorum vero
 legitimorum ei non sit proles, tunc legitima quidem
 pars ad heredes ab intestato veniat, filii vero natu-
 rales, si voluerint semet ipsos offerre curiae, hoc
 faciant sicuti voluerint, sive omnes seu quidam ex
 eis, et modis omnibus novem unciae substantiae ad
 curiales aut curialem perveniant. Si vero etiam ex
 ancilla ei nati sunt, si eos manumiserit aut vivens
 aut in testamento (et) obtulerit eos. etiam sic suscipiantur
 et sint curiales, sicut testator voluit aut sicut eorum
 desiderium fecit: offerentes enim semet ipsos curiae
 percipiunt, sicuti dictum est, novem uncias. Undique
 enim volumus, vel si testetur vel si non facta volun-
 tate decesserit, eos qui ad curiam veniunt novem
 uncias accipere. Si vero manumiserit quidem solummodo
 non tamen obtulerit, at illi etiam sic volunt aut quidam
 ex eis ad curiam respicere, etiam tunc novem unciae
 curiam agenti aut agentibus secundum quantitatem
 dentur. Si vero nullus naturalium aut velit aut offeratur,
 tunc novem uncias curia percipiat: palam quippe est,
 quia simul sequitur ubique fisci secundum constitutionem
 de hoc a nobis positam. De naturalibus itaque qui per
 transitum ad curiam fiunt legitimi et de modo secundum
 quem offeruntur et successionibus haec a nobis pure sancita
 sint.

legibus erat) adiectione altera neve oblatione dum superstites erant facienda indigeat, sed protinus scripti, si modo liberi sunt, curiales simul et heredes fiant, habeantque ipsi quoque novem uncias substantiae, quemadmodum pater illis distribuerit. Quodsi vel totum assem iis relinquere voluerit, etiam melius faciet: certe usque ad novem uncias omnino iis relinquat sciatque, etiamsi iis minus reliquerit, at ex lege omnino substantiae iis supplementum fore. Illi vero siquidem acceperint, curiales fiant; sin eorum alii acceperint alii recusaverint, ad eos qui acceperint recusantium partes veniant. Si vero omnes repudiaverint, tunc proinde quasi liberi nulli adessent ad curiam omnes novem unciae pertineant. Quodsi ille quidem tacuerit, nec vero liberorum legitimorum ei proles sit, tunc pars legitima ad heredes ab intestato veniat, liberi vero naturales, si curiae se ipsi offerre velint, hoc faciant quemadmodum voluerint, sive omnes sive quidam eorum, atque omnino novem unciae substantiae ad curiales vel curialem revolventur. Quodsi etiam ex ancilla ei nati sint liberi, si quidem eos vel dum superstes erat vel in testamento manumiserit atque eosdem obtulerit, sic quoque recipiantur et sint curiales, quemadmodum testator voluit, vel quemadmodum ipsorum desiderium effectit: nam ubi se ipsi curiae obtulerunt, novem uncias, sicuti dictum est, accipient. Utique enim volumus, sive testatus sit sive voluntatem suam non professus decesserit, eos qui vel ad curiam veniant novem uncias accipere. Si vero eos manumiserit tantum nec vero obtulerit, atque illi vel unus vel nonnulli eorum ad curiam respicere velint, tum quoque novem unciae curiali vel curialibus pro portione virili dentur. Quodsi nemo ex naturalibus aut voluerit aut oblatum sit, tunc novem uncias curia accipiat; manifestum autem est fisci utique simul esse successurum secundum constitutionem a nobis latam. De naturalibus igitur iis qui per transitum ad curiam legitimi fiant et de modo quo offerantur deque successionibus ita a nobis dilucide sancitum esto.

1 * τὸ τῶν (idem corr. 249. 12) τῶν M ἐκ τῶν L || 4 ἅμα M | τὰ ἅμα L || 6 διαμείνη L^o | αὐτοῖς L^o (cf. 249. 17) om. M || 7 * πρῶξαι (cf. ε et adn. ad 249. 15) | πρῶξαι ML | 9 αὐτοῖς om. ε || ἀγκυραλλοῖς L || 12 * παρ-
 αἰτήσονται ML || 18 κληρονόμοις L || 19 ἐκδοῦναι vulg. male || 22 τοῖς βουλευταῖς l. || 24 αὐτῶν | αὐτοῖς L^o | 28 λή-
 ψεται L^o || 30 βουλευσάμενος L^o || 31 ἐρχομένους λαμβάνειν ἐπιδοῦναι L || 32 * ἐλευθερώσει (cf. ε) | ἐλευθερώ-
 σαι ML (cf. 250. 4) || 33 βούλωται L^o || 37 τις ἢ τινες | aut quidam ε || 36 εἰ | ἢ || 37 βουληθεῖ Halonander ε ε (cf. 250. 8) | βουληθεῖ L^o || 37 ἐπιδοῦναι L || 38 ὅλον δὲ | δῆλον δὲ || M^o in fine versus, δῆλον M^o || συμπαρακολούθησει L || 40 διάταξιν | videtur fuisse Cod. 10, 35, 4 (cf. 1, 3, 52 § 1) ||

41 τῆν om. L || 42 τοῦ om. L || διαδόχων L^o || 43 ταῦ-
 τα L^o ε

2 scripto V || 4 ei T || 5 si etiam aut V || voluerint V || 7 relinquatur T || 8 relinquerit RV || 9 si voluerint post curiales add. V^o, om. V^o || voluerit R || 10 aliquid V^o R^o || aliquid V^o || 12 renunt R || tunc om. T || 15 sint V || 18 voluerit R || 19 substantiae om. T || 21 sunt | sint R || 22 et add. Beck || 23 et sint | et si V^o sint V^o || voluerit T || 25 percipiunt sicut R || 27 fac. V^o || 28 accipere V^o || 29 quidem | eos quidem T^o || tantum RV || at | et T^o aut vulg. || 30 sic | si R^o sicut V || quidem V || 31 curam V^o || argenti R^o || 39 pure om. R || sunt RT^o

CAPUT VII.

Τριῶν δὲ ἑτέρων διατάξεων γραφειῶν Ζήνων μὲν ὁ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως οὐ περὶ τῶν μελλόντων τι σχεδὸν νομοθετεῖ, ἀλλὰ περὶ τῶν τῆθ παρωχηκότων ἤν γεγραφῆθαι διὰ τοῦτο μόνον συνεχωρήσαμεν. ἵνα τοὺς ἐξ ἐκείνης ἰσῶς ὠφελουμένους τῆς διατάξεως διὰ τὸ κατεῖναι αὐτοὺς ἐκείθεν τὰς γονὰς μὴ τῆς ἐντεῦθεν ὠφελείας ἀποστερήσωμεν. ὡσπερ καὶ τὴν Ἀναστασίον τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως τὴν τοὺς νόθους νιοποιεῖσθαι διδοῦσαν οὐκ ἐνοχλεῖν τοῦ λοιποῦ τοῖς ἡμετέροις ὑπὸ νόθους συγχωροῦμεν, πληρὴ ἐπὶ τούτῳ κείσθαι καὶ μόνον ἀφίμεν, ὥστε εἴ τις ὠφελείαν τιον ἐκείθεν ἀποκείται, ταύτην μὴ δῦσαι διὰ τῶν ἡμετέρων ἀναίρειν νόμον· δὲ γὰρ αἶε τινος ἐξέσχεεν ἀγαθοῦ, οὐ μὴν τὰ τῶν προὔπηγμένα διελύμην. τὴν γὰρ τοῦ ἡμετέρου πατρὸς ἀποδεχόμεθα διάταξιν σωφρονῶν μὲν εἰσηγηθεῖσαν κοσμίως δὲ τειθεμένην, ἣτις τὰς νιοποιίας τὰς τῶν νόθων ἐκόλυσε πολὺν τὸ ἀτοπον ἐχούσας καὶ ἀδικικρίας ὡσπερ ἐπιήλυδας τινὰς τῆ γνησιότητι τοὺς νόθους ὑπαγούσας.

Tribus autem aliis constitutionibus scriptis Zeno quidem piae memoriae non de futuris aliquid paene sancivit, sed de iam praeteritis: quam scribi ideo solummodo permisimus, ut eos quibus illa forte constitutio prodest, quod descendat eorum exinde proles, non hac utilitate privaremus. Sicut etiam Anastasii piae memoriae, quae naturales adoptare contribuit, non esse inopportuna de cetero nostris subiectis permittimus, nisi ad hoc positam solummodo sinimus, ut si qua utilitas aliquibus inde reposita est, hanc non videamur per nostras amputare leges: oportet enim semper aliquid incohare bonum, non ea quae a quibusdam praeexistant destruere. Nostri enim patris approbamus constitutionem temperate quidem introductam et ornate positam, quae adoptiones naturalium prohibuit multam absurditatem habentes et indiscrete velut advenas quosdam legitimis naturales superintroducetes.

CAPUT VIII.

Ἐπίλοιποι τοίνυν εἰσὶν οἱ παρ' ἡμῶν ἐξευρεθέντες τρόποι, οὓς διελυσόμεθα, τὸ γνήσιον παμύχοντες τοῖς ἔμπροσθεν νόθοις. ἂν οὐδὲ περὶ τὴν διαδοχὴν ποιήσωμεν· ἀπαξ γὰρ αὐτοὺς ἀποτελέσαντες γνήσιους διδομεν ἔχειν καὶ τὰς διαδοχὰς ἐκείνας, αἵ οἱ ἐξ ἀρχῆς ἐν γνήσιος τελευτάντες ἔχουσιν. Εἴ τις τοίνυν προικῶα γράψῃ πρὸς ἐλευθέρων τὴν ἀρχὴν ἢ καὶ ἀπελευθέρων γυναῖκα, ἥπερ ὅλος ἔξῃσι συνοικεῖν, ἐν παλλακῆς σχήματι συνούσαν αὐτῷ, ἢ νομίμων παίδων ἤδη πατὴρ καθεστὼς ἢ καὶ παίδων οὐ γενόμενος τοιούτων πατὴρ, γνήσιον εἶναι τὸν γάμον καὶ τοὺς παῖδας τοὺς τε προειληφότες τοὺς τε κνοφορομένους γνήσιους αὐτῷ καθεστάναι θεσπίζομεν. καὶ κἂν εἰ μὴ γένοιτο μετὰ ταῦτα παῖδες αὐτῷ, ἢ καὶ γενόμενοι τελευτήσαιν, οὐδὲν ἦττον ἢ προτέρα γονὴ γνήσια καθέστηκεν. ἢ γὰρ περὶ τοὺς οὕτω γενομένους παῖδας αὐτῷ διάθεσις, ἣτις αὐτὸν καὶ πρὸς τὸ προικῶον οὐμβόλαιον ἀνθρώπιον, αὐτῆ δίδωκε καὶ

Reliqui igitur sunt modi qui a nobis inventi sunt, quos percurremus, legitimum ius praebentes eis qui erant primitus naturales. Circa quorum successionem non laborabimus: semel enim eos efficientes legitimis damus habere etiam successiones illas, quas habent hi qui ab initio legitimi sunt. Si quis igitur dotalia scripserit ad liberam in principio sive libertam mulierem, cui omnino licet copulari in concubinae schemate sibi, aut legitimorum filiorum iam pater existens aut etiam filiorum non talium pater, legitimas esse nuptias et filios vel praecedentes vel conceptos legitimis ei esse sancimus. Et licet non nascantur postea filii ei, aut etiam nati moriantur, nihilominus prior soboles legitima consistit. Affectus enim circa filios ita ei procedentes, qui eum etiam ad dotale provocavit instrumentum, ipse dedit se-

c. VIII (25 Εἴ τις δὲ προικῶα) legitur in B 28, 4, 48 (— 32 Θεσπίζομεν in B¹ Γ 1, 10 p. 145 Zach.)

VII. Tribus autem aliis constitutionibus scriptis Zeno quidem piae memoriae nihil fere de rebus futuris, sed de iam praeteritis sancit: quam propterea tantum inscribi passi sumus, ne eos qui fortasse ex illa constitutione utilitatem percepturi essent, quia inde iis proles descenderent, hac utilitate privaremus. Quomodo Anastasii piae memoriae constitutionem, quae naturales adoptare permittit, non magis patimur in posterum subiectos nostros molestia afficere, verum ideo tantum eam positam esse sinimus, ne si quae inde utilitas aliquibus suppediat, eam per leges nostras auferre videamur: decet enim semper boni alicuius auctorem esse, neque vero quae in aliquos antea collata erant perimere. Nam patris nostri constitutionem amplectimur et sapienter introductam et opportune positam, quae adoptiones naturalium prohibuit plurimum absurditatis habentes atque sine discrimine naturales tamquam advenas quosdam iuri legitimorum subiectes.

VIII. Restant igitur modi a nobis excogitati, quos iam persequemur, qui ius legitimorum iis qui prius naturales erant praebent. Quorum ne de successione quidem laborabimus: semel enim legitimis factis concedimus etiam ut successione illas habeant, quas habent qui ab initio in legitimorum numero sunt. Si quis igitur cum muliere ab initio libera vel etiam libertina, cui quidem omnino matrimonio iungi licet, quam concubinae loco coniunctam sibi habebat, dotalia instrumenta conscripserit, sive legitimorum liberorum iam pater extiterit sive eiusmodi liberorum non sit pater, legitimum esse matrimonium atque liberos et quos ante suscepit et qui in utero sunt legitimis ei esse sancimus. Et licet postea liberi ei non nascantur, vel etiam nati moriantur, nihilominus prior proles legitima extitit. Affectus enim eius erga liberos ita ei natos, qui ipsum ad dotale instrumentum conficiendum excitavit, idem etiam secundis liberis

1 Τριῶν — διατάξεων] Cod. 5, 27, 5. 6. 7 || 4 ἂν γεγραφῆθαι M ἂν γεγράψθαι L¹ ἢν ἀναγεγραφῆθαι L² || 5 ἐκείνους L¹ || 7 ἀποστερήσωμεν L¹ || 9 τοὺς ἡμετέρους ὑπὸ νόθους L || 11 ἐβρίμεν Zachariae || 18 ἐπιήλυδας] προσελύτους s. v. L² || 23 ποιήσωμεν L¹ τελευτάντες L || 27 ἔξῃσιν ὅλως B¹ || 28 παλλακῆς σχήματι L || συνούσαν om. ε || αὐτῷ L² || 29 καθεστὼς] γεγονὼς B¹ v. l. || 37 αὐτῆ] ipse (i. e. αὐτῆ) ε || καὶ om. ε

aliquibus inde posita V² || 11 uideantur V¹ || 12 aliquid V vulg.] aliquid RT' || non] et non T' || 13 ea quae] enim semper (semper del. R²) ea R¹ || praeexistunt vulg. || destitueret R' || 14 appropriamus T¹ || temperare T' temptare R¹ || 15 quae] quem R¹ || 16 multatam V || 20 igitur] uero V² T uero igitur R || 22 successione V || 23 nos V² || laborauimus libri, corr. vulg. || 24 legitimus om. R¹ || 25 hij] hii R filii T' || 26 princio R || libertam R V' ad libertam T vulg. || 27 omni V¹ || 28 leg. schemata (sociata) sibi? (cf. 442, 17) || 29 * filiorum non talium pater] filiorum naturalium pater RT vulg. pater filiorum naturalium V || 30 vel praecedentes] vel om. V || 32 ei aut etiam] ei aut (autem R¹) etiam ei RT etiam aut ei V || 33 consistere s T || 34 procedens libri, corr. Beck || 35 secundis om. T¹

2 de futuris] defunctis V¹ || * paene] plene libri || 3 iam de V || praeteritis] p̄tis T' || 5 quod] eo quod T² || 6 priuaremur T¹ || 7 pie] proprie V¹ || adoperare R¹ || 8 oportuna V² || 9 positam om. R || scimus R sinimus V¹ sinimus T¹ sinimus T² || 10 a quibus in re posita V¹

τοῖς δευτέρους παιδὶν ἀφορμὴν τῆς ὑστερον γνησιότητος· ὥστε ἀποποιῆν τὴν ἀγαθὴν πρόφασιν, ἣν οἱ μετὰ ταῦτα παῖδες ἐξέφθον ἐκ τῶν προτέμων λαβόντες, ταύτην μὴ καὶ τοῖς ἐμπροσθεν τὸ γνήσιόν τε ἅμα καὶ ἀνομοκράτητον περὶ τὰς τῶν πατέμων δοῦναι διαδοχάς· πρόδηλον ὅν, ὡς οἱ μὲν νεώτεροι παῖδες ἐκ τοῦ νόμου γενοῦσαι γνήσιοι τοῦ τῶν προκίων οἰσχυρομένον, τὸ δὲ δὴ προκίων αὐτὸ τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν πρόφασιν ἐκ τῆς ἐμπροσθεν ἔσχεν οἰκειότητος, ὥστε μίαν ἀμφοτέρων ἰποψησάμεθα τάξιν, καὶ τὰς ἐφῆξς συκοφαντίας διὰ πλειόνων ἀνεῖλονεν διατάξαι, ἐκεῖνο φήσαντες, ὡς κἂν εἰ μὴ παιδοποιήσειεν ὑστερον ὁ πατήρ, προκίω δὲ ὅμως τοῦτο συμβολαίαι, καὶ οὕτως οὐδὲν ἦπτον γνησιότητος ἐξέει τὸν παῖδας. τοῦ γενέσθαι μὲν γὰρ αὐτῶν παῖδας ἐτέροισι τύχη τις ἴσως τὴν ἐξουσίαν τε καὶ τὴν ἀδειαν ἔχεν, ὡς περὶ καὶ γενομένων ἀφελέσθαι, τὴν δὲ τῆς διαδόσεως ἀποδείξιν τὴν τοῖς ἐμπροσθεν γενομένοις (φραμὲν δὲ πρὸ τῶν προκίων συμβολαίων) παρασχυῶσαν τὴν εὐγενεῖαν οὐδὲν ἦν τοιοῦτον ὑπερ ἀν ἀφελέσθαι παντελῶς 1 ἢ δύνατο. καὶ ἐτι μᾶλλον ἐξ εὐλόγων τοῦτο προστέθειται λογισμῶν, ὡς εἰ πρὸ τῶν προκίων ἐκνομοκράτει μὲν ὁ παῖς, ἐτέχθη δὲ μετὰ τῶν προκίων, βροθὸς ἐναντὶ γίνεται ὁ γὰρ καὶ τοῖς πρὸ αὐτοῦ τοῦτο ποιεῖν ὀνικίμενος. καὶ τις ἦν καὶ κανονικὸς ἐξείρη- 25 ται λόγος ἄριστα ὑψηροῦμενος τὰ περὶ τῆς τῶν τικτομένων καταστάσεως. στασιαζόμενον γὰρ, πότερον δεῖ τῆς συλλήψεως ἢ τῆς τῆς γεννήσεως προσέχειν καιρῶν, διανομοθετήσαμεν, ὥστε μὴ τὸν καιρὸν τῆς συλλήψεως, ἀλλὰ τὸν τὸν τοκετοῦ σκοπεῖσθαι διὰ τὸ τῶν 30 παίδων συμφέρον· ὡς εἰ γε συμβαίη τοιαύτας τινὰς ἐπινοηθῆναι περιπετείας θεμάτων, ἐν οἷς λωσιτελέστερός ἐστιν ὁ τῆς συλλήψεως καιρὸς παρὰ τὸν τοῦ τοκετοῦ χρόνον, ἐκεῖνον κρατεῖν μᾶλλον παρεκλευσάμεθα ὡς συμφορώτερος τῆ τεχθέντι γενήσεται. 35

CAPUT IX.

Κακίον μόνον παρ' ἡμῶν νενομοθετήται, ἵνα εἰ τις βούλοιο γησίαν τὴν ἐναντὶ καταστήσαι γοῆν, οὐκ εὐποροῖθι δὲ γαμετῆς τῆς τῶν τοιοῦτων παίδων μητρὸς, ἢ τοὺς μὲν παῖδας ὑπεραγαπῶν, τὰ δὲ τῆς

cundis filiis occasionem, qui postea nati sunt. legitimi iuris. Quapropter absurdum erat benignam occasionem, quam posteri filii invenerunt ex prioribus sumentes, eam non etiam prioribus legitimum ius 5 simul et sine calumnia circa patrum dare successiones: palam enim est quia iuniores filii ex lege facti sunt sui, hoc initium dotalibus praebentibus. Quapropter unum amborum fecimus ordinem et de cetero calumnias plurimis abstulimus constitutionibus, illud dicentes, ut vel si non habuerit filios postea pater, dotalia tamen exposuerit instrumenta, etiam sic nihilominus suos habeat filios. Ut enim nascerentur ei filii alii, casus quidam forte potestatem et licentiam habuit, sicut etiam natos auferre, affectionis vero probationem quae in prioribus fuit natis (hoc est aucte dotalia instrumenta) praebentem legitimum ius nihil tale fuit quod auferre omnino potuerit.

1 Insuper etiam ex rationabilibus hoc adiectum est causis, quia si ante dotalia conceptus quidem est filius, natus autem post dotalia, auxiliator sui fit, qui etiam prioribus hoc facere potuit. Et quaedam a nobis adinventae sunt ratio regularis optime narrans de ordine nascentium. Cum enim dubitetur, utrum oporteat conceptus an partus respici tempus, sancimus ut non tempus conceptus, sed partus inspicatur propter filiorum utilitatem: si vero contingerit tales aliquas excogitare circumstantias casuum, in quibus utilis est conceptionis tempus quam partus tempus, illud valere magis praecipimus quod utilis sit nascenti.

Illud tamen a nobis sancitum est, ut si quis voluerit legitimam suam facere sobolem et non habuerit uxorem talium filiorum matrem, aut filios quidem valde diligat, mulier autem non sine peccato sit

copiam dedit legitimorum iuris postea acquirendi: unde absurdum esset bonam occasionem, quam liberi postea nati invenerunt a prioribus acceptam, eandem non prioribus quoque legitimorum ius simul praestare omnique eos calumnia in patrum successione liberare; cum manifestum sit posterioribus liberis ex lege legitimis esse factos, quae dotalia instrumentum vereatur, ipsorum vero dotalia instrumentum initium et causam ex priore consuetudine habuisse. Quapropter unum utrorumque effecimus ordinem, et calumnias deinceps ortas per plures constitutiones sustulimus, qui illud diximus patrem etiam si postea liberos non suscepit, at si dotalia instrumenta fecerit, nihilominus sic quoque legitimis filios habiturum esse. Nam ut alii ei nascerentur filii, ad fortunae fere potestatem et arbitrium pertinebat, quemadmodum etiam ut nati eriperentur, affectus vero probationem, quae antea natis (dicimus ante dotalia 1 instrumenta) ingenuitatem praeiuit, nihil erat quod eripere omnino posset. Ac magis etiam iustis ex causis illud adiectum est, filium si ante dotalia instrumenta quidem conceptus, post dotalia vero natus sit, sibi ipsam auxilio esse, quippe qui iis quoque qui ante eum nati sunt hoc praestare possit. Atque est nobis etiam ratio quaedam instar regulae inventa, quae ea quae ad statum nascentium pertinent optime explicat. Cum enim dubitaretur, utrum conceptionis an partus tempus respiciendum esset, sancimus non tempus conceptionis, sed partus esse spectandum propter utilitatem liberorum: quemadmodum si qui forte eiusmodi rerum casus excogitaverit, in quibus tempus conceptionis utilis sit quam partus tempus, illud potius valere praecipimus quod nato opportunius futurum sit.

IX. Verum illud quoque a nobis sancitum est, ut si quis legitimam reddere velit sobolem suam, neque vero uxorem habeat eiusmodi filiorum matrem, sive liberos quidem valde diligat, mulier autem res

1 τῆς ὑστερον] qui postea nati sunt (i. e. τοῖς ὑστερον) ε || 5 τε ἅμα] τε ἅμα τε B¹ || συκοφαντήτων L¹ || 7 τοῦ τῶν προκίων — 9 οἰκειότητος] hoc initium dotalibus praebentibus ε || 8 αὐτῶ M¹ αὐτὸς L¹ αὐτῶ B¹ || 9 ἔσχεν ἐκ τῆς ἐμπροσθεν L¹ || 11 διατάξαι] nov. XII c. 4. XIX. LXXXIV c. 1. 2 || 12 φήσαντος L¹ || κἂν LB¹ || οὐκ ἂν M¹ || 13 τοῦτο cum Scringero vulg. (B¹) || 16 τε om. B¹ || 18 γενομένην L¹ || δὲ δὴ B¹ δὲ τὴν L¹ || 21 προστίθειαι B¹ || 23 ἐτάθη L¹ || 27 στασιαζόμενον M¹ || στασιαζόμενον LB¹ || στασιαζόμενον (ultimum o in ras.) B¹ || 28 γενέσεως L¹ || 29 διανομοθετήσαμεν] δεῖν ἐνομοθετήσαμεν B¹ (δεσθεσμοθετήσαμεν Zachariae). Constitutio non est ut || 30 τὸν om L¹ || 31 οἱ εἰ γε] si vero ε || 33 τῆς τῆ L¹ || 34 ἐκείνον B¹ || 35 συμφορώτερος libri, corr. Scringero || 37 καταστήσει L¹ καταστήσει L²

1 legitimus V¹ || 2 erat] est T¹ || 4 etiam del. R² || 5 dare om. T¹ || 7 praesentibus R¹ || 10 illud] ut illud T¹ || 11 tantum RV¹ || 12 sic] si T¹ || 13 quidam Toulg.] quidem RV¹ || 14 auferre VT¹ || actionis V¹ || 15 probatione V² || 16 hec V¹ || praebente T¹ || 17 fuerit R² || offerre (auferre V²) omnino V¹ omnino offerre T¹ || 21 super RT¹ || rationalibus VT¹ || rationalibus R vulg. || 22 quia si] quas RV¹ || 23 dotalia auxilia auxiliator V¹ || fit] sit T² fuit? T¹ || 24 prioribus] constitutionibus add. T² || 25 inuenta V¹ || 26 dubitenter T¹ || 27 concept. V¹ concepti V² T¹ || an om. V¹ RT¹ || partum V¹ || 28 leg. sancimus? || ut] itaque ut V¹ || 29 contingerit R¹ || 30 excogitavit vulg. || 31 contemptiois R¹ || tempus] est tempus R¹ || 32 tempus del. R² || 33 nascens... V¹ || 36 tantum RV¹ || ut (a corr. V²) nobis sancitum est scr. V² in ras. || 37 legitimus sus facere soboles V¹ || 39 diligit V¹

γυναϊκός οὐκ ἀναμάρτητα πρὸς αὐτὸν εἶη οἷδὲ ἀξίαν
 αὐτὴν ἡγοῖτο νομίμου τινὸς ὀνόματος, καὶ διὰ τοῦτο
 τελευτησάσης τῆς γυναϊκός [ἴχουν τῆς γαμετῆς] ἢ γνη-
 σιότητος οὐκ ἀξίας πρὸς τὸ συνοικεῖν νομιζομένης, ἢ
 καὶ τοῦ πράγματος ἐπὶ τῶν παίδων κακουχομένου
 καὶ ἐξεπιτήδες τῆς γυναϊκός ἀποκρυπτομένης ἢ παρὰ
 τῶν παίδων ἢ ἄλλως ἴσως ἐπιτορίας αὐτῆς συμβάσης
 τινός, ἵνα ἢ τῆ γνησιότητι τὴν ἡρώσιν ὁ πατήρ καὶ
 ἐπικαρτίαν προτελευτησάσης τῆς μητρὸς ὡς παρὰ
 ὑπεξουσίαν τῶν παίδων ἔχοι· εἴ τις οὖν παῖδας γνη-
 σίους οὐκ ἔχων νόθους δὲ μόνον, αὐτοὺς μὲν γνησίους
 ποίησασθαι βουληθεῖη, τὴν γυναῖκα δὲ οὐκ ἔχοι παν-
 τελῶς, ἢ ἔχοι μὲν οὐ μὴν ἀναμάρτητον ἢ οὐ φαινο-
 μενῆν, ἢ ἄλλως προικῶν συμβολαίων ποιήσεως ἐυ-
 πορίαν οὐκ ἔχοι (τί γὰρ ὅτι πρὸς ἱερωσύνην ἄτερος
 αὐτῶν ἀνῆλθε), διδομεν αὐτῶν παρορησίαν (τοῦτο ὅπερ
 καὶ ἐμπροσθεν ἐπράξιμεν) πρὸς γνησιότητα τοὺς παῖ-
 δας ἀγαγεῖν τοὺς νόθους, γνησίων καθάπερ ἐφθρη-
 μεν εἰπόντες οὐκ ὄντων, διὰ τίνος τοιαύτης ὁδοῦ.
 ὅπερ γὰρ εἴαι τόποι τοὺς οἰκέτας εἰς ἐλευθερίαν τα 20
 ἅμα καὶ εὐγένειαν ἄγοντες καὶ ἀποδιδόντες τῇ φύ-
 σει, οὕτως εἴπερ ὁ πατήρ οὐκ εὐποροῖ γνησίας γο-
 νίης, βούλοιο δὲ αὐτοὺς ἀποκαταστήσαι τῇ φύσει καὶ
 τῇ ἀνωθεν εὐγενείᾳ, εἴ γε ἐξ ἐλευθέρως αὐτῶ γέ-
 νοιντο, καὶ γνησίους τὸ λοιπὸν καὶ ὑπεξουσίους ἔχειν, 25
 τοῦτο πραττέτω δι' ἡμετέρας ἀντιγραφῆς. οὐδὲ γὰρ
 δὴ τὴν ἀρχὴν, ὅτε ἡ φύσις τοῖς ἀνθρώποις διεθεσμο-
 θῆται μόνη, πρὶν τοὺς γραπτῶς εἰσφορτῆσαι νόμους,
 ἦν τις διαφορά νόθον τε καὶ γνησίον, ἀλλὰ τοῖς πρώ-
 τοις γονεῦσιν οἱ πρώτοι παῖδες, καθάπερ ἀρχόμενοι 30
 τοῦ παρόντος ἔφαμεν νόμου, ἅμα τῇ προσῶν γεγό-
 νασι γνήσιοι· καὶ ὥπερ ἐπὶ τῶν ἐλευθέρων ἡ μὲν
 φύσις πεποιήκεν ἐλευθέρους ἀπαντας, οἱ πόλεμοι δὲ
 τὴν δουλείαν ἐξέθρον, οὕτω κἀνταῦθα ἡ μὲν φύσις
 γνησίας προήγαγε τὰς γονάς, ἢ δὲ εἰς ἐπιθυμίαν ἐκ- 35
 τροπῆ τὸ νόθον αὐταῖς προσαναμάξατο. ὥστε ὁμοίων
 τῶν παθῶν γενομένων δεῖ καὶ τὴν θεραπείαν ἐκ τῶν
 ἴσων ἐξενεργῆσαι, τὴν μὲν παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν τὴν
 1 δὲ ὑφ' ἡμῶν. Ἔστω τοίνυν ἀδεῖα καὶ πατρὶ ἐπὶ
 τῶν εἰρημένων θεμάτων τὴν μητέρα ἐπὶ τοῦ προτέ- 40
 ρον σχήματος καταλιμπάνοντι δέησιν ἐπιδοῦναι τῇ

apud eum neque digna sit quolibet legitimo nomine,
 et propterea aut moriente muliere aut legitimo iure
 non digna in matrimonio putanda, aut causa a filiis
 maligne tractata aut ex studio muliere celata aut a
 5 filiis aut aliter forte ei divitiis accedentibus, ne iure
 legitimorum usum pater et fructum defuncta matre
 tamquam sub potestate filii constitutus habeat: si
 quis ergo filios legitimos non habens, sed tantum-
 modo naturales, ipsos quidem legitimos facere vo-
 10 luerit, mulierem vero in promptu non habeat omnino,
 aut habeat quidem non tamen sine peccato, vel si
 non appareat, aut aliter dotalium instrumentorum
 non habeat facultatem (quid enim si ad sacerdotium
 alter eorum ascendit?), damus ei fiduciam (hoc
 quod dudum gessimus) ad legitimum ius filios edu-
 cendos naturales, legitimis sicuti praediximus non ex-
 istentibus, per quamdam huiusmodi viam. Sicut enim
 sunt modi qui servos ad libertatem simul et ad inge-
 nuitatem deducunt et naturae restitunt, ita si
 pater non habuerit legitimam prolem et voluerit eos
 restituere naturae et antiquae ingenuitati, sive ex
 ingenua ei nascantur, et legitimos de cetero et sub
 potestate habere, hoc agat per nostrum rescriptum.
 Non enim fuit principio, quando natura hominibus
 sanciebatur sola, antequam scriptae procederent leges,
 quaedam differentia naturalis atque legitimi, sed primi
 parentibus primi filii, sicut incobantes praesen-
 tem diximus legem, ipso processu nati legitimi sunt.
 Et sicut in liberis natura quidem fecit liberos om-
 nes, bella vero servitutem adinvenerunt, sic etiam
 hic nobis natura legitimas protulit soboles, ad con-
 cupiscentiam vero facta conversio naturale ius eis
 inseruit. Quapropter similibus passionibus exortis
 convenit curam ex aequalibus inveniri, aliam quidem
 a prioribus nostris aliam vero a nobis.

1 Sit igitur licentia patri in praedictis casibus ma-
 trem in priori schemate relinquenti imperio preces

c. IX (438, 10 εἴ τις οὖν) X. XI § 1.2 (439,35 — 440, 11) magna ex parte repetita sunt ex nov. LXXIV c. 1—3

adversus eum probro non omnino careant, neque eam legitimo nomine ullo dignam existimet, ideoque
 mortua muliere (uxore nimirum) vel legitimo iure per convivium digna non habita, vel etiam re a liberis
 improbe tractata et muliere de industria occultata, cum aut per filios aut aliunde fortasse opes quaedam
 ei obvenierint, ne iure legitimorum pater ususfructum praemortua matre tamquam a liberis in potestate
 constitutus habeat: si quis igitur legitimis liberis non habens, sed naturales tantum, eos quidem legitimos
 facere velit, mulierem autem omnino non habeat, vel habeat quidem sed quae probro non careat vel quae
 non appareat, vel alio modo dotalium instrumentorum faciendorum copiam non habeat (quid enim si alter-
 iter eorum ad sacerdotium pervenit?), licentiam ei damus (id quod prius quoque egimus) ad ius legitimorum
 naturales filios, legitimis uti supra diximus non extantibus, per huiusmodi viam ducendi. Sicuti enim
 modi sunt quibus servi ad libertatem simul et ingenuitatem ducantur atque naturae reddantur, ita pater
 si quidem legitimae subolis copiam non habeat, illos autem natalibus et antiquae ingenuitati restituere
 velit, si modo ex libera ei nati sint, et legitimos in posterum et sub potestate habere, hoc per rescriptum
 nostrum agat. Neque enim in principio, cum natura hominibus sola leges daret, antequam scriptae leges
 inducerentur, differentia erat ulla inter naturalem et legitimum, sed primis parentibus primi liberi (quem-
 admodum initio praesentis legis diximus) simulac progeuli sunt, legitimi exiterunt; et quomodo in liberis
 hominibus natura quidem omnes fecit liberos, bella autem servitutem protulerunt, ita hic quoque natura
 quidem legitimam produxit subolem, conversio autem ad libidinem naturalium notam iis impressit. Ita-
 que cum similes affectus facti sint, remedium quoque ex similibus excogitari par erat, alterum a decesso-
 1 ribus nostris alterum a nobis. Licet igitur patri in supra dictis casibus matre in priori statu re-

1 ἀξίαν αὐτὴν ἡγοῖτο] digna sit ε || 2 νομίμου om. L^a || 3 * τῆς γυναϊκός ἴχουν τῆς γαμετῆς M, τῆς γαμε- τῆς L muliere ε || 5 καὶ om. ε || 6 καὶ] aut ε || 7 ἴσης L || 9 παρὰ om. ε || 10 εἴ τις οὖν M[ε] Ἐξεπιζόμεν εἴ τις L || 11 μὴν L || 12 οὐκ ἔχοι] in promptu non habeat ε || 15 ἱερωσύνης L || ἄτερος ML¹ || ὁ ἄτερος L² || 16 ὅπερ καὶ om. M in lac. 5 [lit.] || 17 ἐμπροσθεν] nov. LXXIV || 23 ἀποκαταστήσαι M¹ ἀποκαταστήσαι M in marg., L || 24 εἴ γε] sive (i. e. εἴτε) ε || 30 καθάπερ om. M || 34 ἡ μὲν] nobis (i. e. ἡμῶν) ε || 37 καὶ om. ε

9 legitimos non habens facere R^a || volunt T || 10 im promptum VT || habet V || 11 tantum RV || peccato cel. cato — 14 hoc quod du] scr. R² in ras. 2 versuum || si om. V || 12 non habeat apparet T^a || 14 *ascendet R ascenderet V ascendat T vulg. || fiduciam] licentiam fidu- tiam T^a || 15 ad] et V || legitimum T¹ || ducere R || 16 nat- uralis, corr. natura V || sicut RT || 18 modi sunt V || 19 restituere ••• T¹ rescitunt R¹ || 20 eos om. V || 21 na- ture restituere V || 24 omnibus RV || 26 natalis V || 28 nati om. V || 30 adinvenerunt V¹ || 31 protulit om. R¹ || 32 factam R¹ || conuersatio T¹ || naturalis R¹ || ei V || 34 ex quilibet inuenti T ex equalibet conueniri V || alia R¹ || 35 alia R¹

3 causa] eam V¹ || a om. RT || 4 retractata R || nut ex] et ex Beck || 5 alteri V || ei] ex V || 8 legitimos filios V ||

βασίλειά τοῦτο λέγουσαν, ὡς βούλεται τοὺς νόθους αὐτοῦ παῖδας ἀποκαταστήσαι τῇ φύσει καὶ τῇ ἀνωθεν εὐγενείᾳ τε καὶ γησιότητι, ὥστε ὑπεξουσίους αὐτῷ καθεστάναι μηδὲν τῶν νομίμων παίδων διαλλάττοντας· καὶ τοῦτον γινόμενον τὸ ἐντεῦθεν τοὺς παῖδας ἀπολαύειν τῆς τοιαύτης βοήθειας. ἐπὶ γὰρ δὴ τοῦτω τῷ τρόπῳ πάσαι τὰς τοιαύτας τῆς φύσεως ἐκβάσεις τε καὶ ἐπινοίας ἐπὶ τῶν νομίμων οὐκ ἔχοντων παῖδας θεραπεύομεν, οὕτω συντόμῳ συμμαχῶ τσαύτην ὁρμὴν ἐπανορθούμενοι φύσεως.

10

CAPUT X.

Εἰ μένοιτε ὁ μόνων φυσικῶν παίδων πατὴρ διὰ τινος τύχης περιστάσεις οὐκ ἰσχύσει τοῦτο πράξει, τελευτῶν δὲ ἐπὶ τινος τῶν ἐμπροσθεν εἰρημένων θεμάτων γράψει διαθήκην, βουλόμενος αὐτῷ γησιῶν εἶναι τοὺς παῖδας διαδόχους, καὶ τοῦτον δίδομεν αὐτῷ 15 παρησίαν· δεομένων μάλιστα καὶ οὕτω τῶν παίδων μετὰ τελευτῆν τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦτο διδασκόντων καὶ δεικνόντων τὰς τοῦ πατρὸς διαθήκας, καὶ κληρονομοῦντων κατὰ τὸν νόμον· καὶ τοῦτο δῶρον ἔχουσιν πατρός τε καὶ βασιλείας, ταυτὸν δὲ ἔστιν εἰ- 20 πὴν φύσεως τε καὶ νόμου.

CAPUT XI.

Καθόλου δὲ ἐφ' ἀπάντων τῶν διὰ τῶν ἐμπροσθεν εἰρημένων τρόπων ἀγομένων εἰς γησιότητα τότε ταῦτα κρατεῖν βουλόμεθα, ἤνικα καὶ οἱ παῖδες τοῖς στέροισιν. εἰ γὰρ λίαν τὰς ὑπεξουσιότητας 25 ἀκόντων τῶν παίδων οὐκ ἐπειμὴν ἔστι τοῖς πατράσι, πολλῶν μᾶλλον τὸ εἰς ὑπεξουσιότητα φέρειν ἀκόντα τὸν παῖδα καὶ μὴ βουλόμενον, εἴτε διὰ τῆς εἰς βουλὴν ἐπίδοσεως εἴτε διὰ τῆς τῶν προικῶν συμβολαίων ποιήσεως εἴτε δι' ἑτέρας οἰαδῆπote μη- 30 χυρῆς, ἴσως καὶ τύχην δεδιότα πατρός, οὐ δίκαιον οὐδὲ βασιλείας τε καὶ νομοθεσίας τίθεμεν ἴδιον.

1 Εἰ δὲ πλείονον ὄντων τῶν παίδων οἱ μὲν ἔλοιτο οἱ δὲ παραιτήσαντο, τοὺς ἐλομένους γίνεσθαι γησιῶν, τῶν ἄλλων ἐν τῇ νοθείᾳ μενόντων. καὶ ταῦτα 35 φημεν οὐδένα τῶν ἐμπροσθεν νομίμων ἀναρροῦντες τρόπων, ἀλλὰ καὶ τοῦτον προστιθέμετες τοῖς ἄλλοις ἐφ' ὧν ἐκείνους λαβεῖν οὐκ ἔστιν. ὅλως γὰρ γησιῶν

offerre hoc declarantes, quia vult naturales suos filios restituere naturae et antiquae ingenuitati et iuri legitimo, ut sub potestate eius consistant nihil a legitimis filii differentes; quo facto ex hoc filios 5 frui huiusmodi adiutorio. Uno namque hoc modo omnes huiusmodi naturae digressiones et opinionones in his qui legitimos non habent filios curamus, sic brevi solacio tantum impetum naturae corrigentes.

Si vero is qui solummodo naturalium filiorum est pater per quosdam fortuitos casus non valuerit hoc agere, moriens autem sub quodam praedictorum casuum scriperit testamentum, volens sibi legitimos esse filios successores, et in hoc damus ei fiduciam: supplicantibus tamen etiam sic filiis post mortem patris, et hoc docentibus et ostendentibus patris testa- 10 menta, et heredibus existentibus secundum legem, hocque donum habeant patris et principis, idem est dicere naturae simul et legis.

Generaliter autem in omnibus qui per praedictos modos deducuntur ad legitimum ius tunc haec volumus obtinere, dum et filii hoc ratum habuerint. Nam si solvere ius potestatis invitis filiis non permissum est patribus, multo magis sub potestate redigere invitum filium et nolentem, sive per oblationem ad curiam sive per instrumentorum celebrationem sive per aliam quamlibet machinationem, tamquam sortem metuentem paternam, iustum non est neque imperii et legislationis ponimus proprium.

1 Si vero plurimis existentibus filiis alii quidem eligant alii respuant, hi qui volunt legitimi fieri, aliis in iure naturali manentibus. Et haec dicimus nullum priorum legitimum perimentes modum, sed hunc adicientes aliis in quibus illos accipere non licet. Omnino enim legitimis existentibus, deinde

licita imperatori preces offerre, quae hoc dicant velle se naturales suos liberos natalibus et pristinae ingenuitati et legitimum iuri restituere, ut sub potestate sua sint neve quicquam a legitimis liberis differant: et hoc facto liberi dehinc tali auxilio fruantur. Uno enim hoc modo omnes eiusmodi naturae lapsus et inventiones in iis qui legitimos liberos non habent sanabimus, cum tam exiguo subsidio tantum impetum naturae corrigamus.

X. Si vero pater naturalium tantum liberorum propter fortuitas quasdam necessitates hoc facere non valeat, moriens autem de uno ex casibus supra dictis testamentum fecerit, volens liberos sibi legitimos esse successores, huius quoque rei licentiam ei damus: ut tamen sic quoque liberi post mortem patris supplicent et hoc doceant et patris testamentum ostendant, et heredes existant secundum legem, atque hoc donum habeant et patris et imperatoris, vel quod idem est et naturae et legis.

XI. Omnino autem in omnibus qui per supra dictos modos ad ius legitimum adducuntur tum demum haec valere volumus, ubi liberi quoque ea rata habeant. Nam si potestatem solvere invitis liberis non est permissum patribus, multo magis filium invitum et nolentem sub potestatem redigere, sive per oblationem in curiam sive per confectionem dotalium instrumentorum sive per alium quicumque modum, cum forte etiam paternam conditionem metuat, neque iustum neque imperatoris aut legislationis proprium 1 ducimus. Si vero plures sint liberi et eorum alii voluerint alii recusaverint, ii qui voluerint legitimi fiant, cum ceteri in naturalium conditione maneant. Atque haec dicimus nullum ex prioribus legitimis modis tollentes, immo hunc addentes reliquis, ubi illos adhibere non licet. Utiqve enim si legitimi

2 αὐτοῦ ML || leg. ἀποκαταστήσαι (cf. ε et 373, 10) ? || 9 θεραπεύομεν 373, 19 || 14 αὐτῷ (αὐτῷ L¹) Lε || οὕτως M (cf. 373, 25) || 15 τοῦτο L^a || 17 μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτῆν L || 19 κατὰ τὸν νόμον om. L || 20 δέ] γὰρ L || 25 στέροισιν L || 29 προικῶν om. ε || 34 *παρησιῶντο (παραιτήσαν τὸ L¹) ML || γενεῶναι L || 36 νομίμων om. L || ἀναρροῦντες] φημὲν ἀναρροῦμεν L¹

1 hoc] haec R, om. T¹ || filios suos T || 3 iure V iuro T^a || 4 ex] et ex R || 5 uno R² || una R¹ V vulg. unam R² T¹ || 7 habeant R || 8 impeccum V^a || 11 his V¹ T¹ || naturalium solummodo T || 12 haec R || 13 moriens is autem V^a || 15 in om. T¹ || *fiduciam] licentiam

fiduciam (fiduciam del. T³) RVT licentiam et fiduciam R² vulg. || 16 supplicationibus T¹ || tantum R || etiam sic — 19 principis id scr. R² in ras. 2 versuum || sic om. V || 17 haec R⁽²⁾ || *dicentibus libri] patrem V¹ || testamentum vulg. || 19 hocque] hoc VT¹ || habent V || idem est dicere] idem dicere est V¹ id est dicere RT¹ || 22 qui] quibus VT¹ R², om. R¹ || per om. R || 23 haec V || 25 si om. T¹ || 26 sub potestate R V²] potestate sub (sub del. V^a) V¹ sub potestatem T vulg. || 29 sive per aliam quamlibet machinationem om. V || 30 fortem R || 31 legislatoris V || 34 eligunt V || respiciant T || hii RVT] fieri (filii R¹) RT] sicut gloss. s. v. T³, fieri, sicut V vulg. || 35 haec RT] hoc V vulg. || 36 proprium R² || sed RT] et V || 38 enim] cum R¹, om. T^a

ἐπόντων, εἴτα νόθων ἐπιγενομένων ἢ προγενομένων οὐκ ἂν ἡ γνησιότης αὐτοῖς προστεθείη, εἰ μὴ πάντως ἢ διὰ τῆς βουλῆς ἢ διὰ τῶν ἡμετέρων διατάξεων, αἴπερ τὸν τῶν προκίμων συμβολαίων εἰσηγήσαντο 2 τρόπον. Τὸν δὲ τῆς υἰοθεσίας τρόπον, ὃς τὴν πάλας τισὶ τῶν πρὸ ἡμῶν αὐτοκρατόρων ἐπὶ τῶν νόθων νομοθετεῖς οὐκ ἀδοκιμοί, ἄστοποι εὐρόντες κατὰ τὴν τῆς πατρῴας διατάξεως δύναμιν καὶ ἡμεῖς, καθὰ εἰρηται, ἐκβάλλομεν, ἐπειδὴ σωφροσύνης ἀκριβῶς ἐστόχασται καὶ οὐκ ἂν εἴη πρόπον τὰ καλῶς ἐκβεβλημένα 10 πάλιν εἰς πολιτείαν κατὰγειν. ὡςτε τοῦτων ἡμῖν νομοθετηθέντων καὶ φανερῶν γενομένων ὄν προσήκει τρόπον εἰς πολιτείαν τε καὶ γνησιότητα μεταχωρεῖν, οὐδὲν εὐρομεν περὶ τῆς διαδοχῆς τῆς ἐπὶ τῶν τοιούτων λεκτιόν· ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἄνωθεν 15 γνησιῶν δεῖ καὶ τὰς ἐπ' αὐτοῖς γινεσθᾶν διαδοχάς.

naturalibus provenientibus nequaquam ius legitimum eis adicitur, nisi omnino aut per curiam aut per nostras constitutiones, quae dotalium instrumentorum introduxerunt modum.

2 Adoptionis autem modum, qui fuit olim quibusdam ante nos imperatoribus super naturalibus putatus non improbus, invenientes secundum paterna constitutionis virtutem et nos, sicuti dictum est, excludimus, quoniam castitatem non perfecte consideravit, et non erit decess ut quae bene exclusae sunt in rempublicam rursus introducantur. Quapropter his a nobis sancitis atque manifestatis, quo conveniat modo ad civitatem romanam legitimumque ius transire, nihil de successione super talibus est dicendum: nam sicut in ceteris ab initio legitimis oportet et in eis fieri successiones.

CAPUT XII.

(Praefatio.) Adierunt nostram serenitatem Lugdunensium habitatores et hoc nos docuerunt: quia ante proposuimus legem, per quam iussimus adscripticios vel colonos commiscentes se liberis mulieribus procreare filios ad similitudinem liberorum, [et] ex hoc detrimentari fundos et eorum functiones, recedentibus agricolis velut ex utero libero procedentibus.

CAPUT I.

Et hoc corrigentes sancimus, secundum veterem legem de adscripticiis et colonis constitutis agricolis 10 quod nascitur adscripticium et colonum fieri; sed si sola fuerit mulier libera constituta cum procreaverit filios, tunc ergo nullo modo patimur laedi ex hoc penitus liberum uterum, ut quae talis mulier tali viro sociata fuerit, neque adscripticio neque colono; in hoc tantummodo casu obtinente lege. Sancimus ergo generalem legem, ut qui ex adscripticio et colono natus est patris naturam sequatur. Sic ergo et indemnitas fisci collatoribus erit, parens carissime. Hoc ergo medentes praesentem dispositionem disposuimus, 15 quam observare tuam celsitudinem sancimus in omnibus Illyricianis partibus, ut non exinde deminutio aliqua dominis inferatur.

(Epilogus.) Tua igitur gloria quae nobis visa sunt et per hanc legem divinam significantur effectui mancipare festinet, multa imminente decem librarum auri qui eam violaverit aut concesserit violandam. Dat. VII. id. April. CP. imp. da. Iustiniani (pp.) Aug. anno XIV. Iustino (vc.) cons. [a. 540.] 20

II.

IUSSIO IUSTINIANI IMPERATORIS PRO PRIVILEGIO CONCILII BYZACENI.

Imperator Iustinianus Alamannicus Gothicus Francicus Germanicus Anticus Alanicus Uuandalicus Africanus (pius) felix inclitus victor ac triumphator semper Augustus Daciano metropolitano Byzacii et omni 25 concilio Byzaceno.

Restitutus et Heraclius reverendissimi viri omnium quodammodo vestri concilii sacerdotum non relationem tantum sed ipsam visi sunt adtulisse praesentiam; relucebat namque in eis puritas vestrae auctoritatis et vitae. Nec solum ecclesiasticis causis sed totius provinciae utilitatibus profuerunt, dicentes et

App. I est in *Iul.P* (contulit Girard), eiusdem *Utin.* et *Trivultz.*, praeterea in lege Romana canonice compta (cod. Paris. 12448 [!]) contulit Krüger).

App. II est in *Iul. Utinensi* (contulit Haenel), ed. Pithoeus p. 237 codice usus ignoto.

4 ascripticiis *Iul.P* (sic semper) de scriptitio et colono ex fine nouellae l || 5 Dominico pp. Illyrici con. *Miraeus* || 6 adierunt *Kroll* et *Skutsch* docuerunt libri || ligdinensium *Iul.P*, ligdiniensium l || 7 legem] *Cod.* 11, 48, 24 cf. nov. *CLXII* c. 2 || commiscentibus *Iul.P* l || mulieribus om. l || 8 proquare l || filios) liberos l || et del. *Skutsch* || 9 procedentes *Iul.P* || 10 et hoc l] ex hoc *Iul.P* || 11 quod nascitur om. l || fieri l || 12 utque *Iul.P* l || 13 adscriptio l || non fuerit *Zachariae* (ὡς τῆς τοιαύτης γυναικὸς τοιαύτη ἀνδρὶ ἀνδρὶ οὐκ ἐπιτάσσεται) || 14 generali lege con. *Zachariae* || 15 fisci *Zachariae* fisco *Iul.P*, a fisco et l || hoc *Kroll* || in hoc *Iul.P* || posuimus l || 16 quem *Iul.P* || diminutio l || 18

et om. l || significantem *Iul.P* l, corr. *Kroll* (significata *Miraeus*) || 19 effectu l || multa l || imminentem *Iul.P* l || 20 subscr. dat. sub id. (d. l) aprilis constantinopoli (-lim l) imp. dom. nn. (dn.n. l) iustiniano aug. anno (an. *Iul.P*) iustino (austino l) consule *Iul.P* l || 22 hic habetur iussio *Utin.* || privilegio *Pith.*] priuilegia *Utin.* privilegii *Zach.* || 23 *Uizaceni Utin. Pith.* (idem v. 26) || 24 gotticus *Utin. Pith.* || 27 hereacleus *Utin.* || quod ad modum *Utin.*, quod ad modo *Pith.*, corr. *Zachariae* || 28 ipsam *Zachariae* sua *Pith.* (*Utin.*) || usi *Utin.* || 29 et post dicentes om. *Pith.*

quibus iam beneficiis gaudeatis et quae a nostra sunt mansuetudine conferenda. Unde precibus eorum summa cum benignitate susceptis ad universa respondimus; et quantum apud nos eorum legatio valuit, ipsa testatur exhibitio praestitorum. Quaecumque igitur ad privilegia vestra vestrique concilii pertinent, iuxta veterem firmamus disciplinam. Quae igitur divinam misericordiam, ut et nos reipublicae et ipsam nobis servet incolumem, et quos a iugo subripuimus Vandalorum, ultra florem felicitatis antiquae sicut 5 volumus erigamus. Dat. prid. non. Octob. CP. imp. dn. Iustiniani (pp.) Aug. anno XV. [a. 541.]

III.

IUSSIO IUSTINIANI IMPERATORIS PRO PRIVILEGIO CONCILII BYZACENI.

Imperator Flavius Iustinianus Alamannicus Gothicus Francicus Germanicus Anticus (Alanicus) Vandalicus 10 Africanus (pius) felix inclitus victor ac triumphator semper Augustus Daciano metropolitano Byzacii.

Semper nostrae serenitati cura fuit servandae vetustatis maxime disciplinae, quam nunquam contempsimus, nisi et in melius auferemus; praesertim quotiens de ecclesiasticis negotiis contingit quaestio, quae patrum constat regulis definita, immo adventu superni numinis inspirata, quia constat esse caelitus constituta quicquid apostolica decernit auctoritas. Hinc est quod in Africanis quoque conciliis illa volumus 15 reservari, quae antiquitas statuit et sequentium oboedientia custodivit atque in nostrum usque saeculum intemerata perduxit. Nullus inter primates illud sibi privilegium vindicet quod accepisse non legitur, nullus adripiat quod habuisse iugiter non probatur; nec de rescriptis ad unius suggestionem promeritis aut de exemplis consuetudinem violentibus cuiuslibet sibi blandiatur ambitio. Illud pro lege servandum est, quod concilii definitum servavit devota posteritas; nam quae quis in praedictum statutorum quibuslibet rebus 20 usurpavit, corrigenda potius quam imitanda censenus. Si quid igitur metropolitano Karthaginis vel primatibus Numidiae vel Byzacii conciliorum auctoritas praestitit et inoffensa consuetudo servavit, hoc sibi quisque optet, hoc vindicet, hoc nostra speret sanctione firmari. Nos tutores tantum sumus vetustatis et vindices; nec deerit ecclesiastica vindicta vel nostra in eos, qui aut ambitiosa superbia aut subrepticis postulationibus antiquitatem temerasse docebuntur, quoniam ad divinitatis tendit iniuriam, qui sanctorum 25 patrum constituta contemnere ac violare non meluit, sancte ac religiosissime pater. Beatitudo itaque tua, quae per hanc divinam pragmaticam sanctionem nostra statuit aeternitas, effectui mancipari observarique procurat. Divinitas te servet per multos annos, sancte ac religiosissime pater. Dat. IIII. kal. Novemb. imp. dn. Iustiniani anno XVI. [a. 542.]

IV.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΗΔΕΝΑ ΜΗΤΕΥΕΣΘΑΙ ΕΠΙ ΙΔΙΩΤΙΚΑΙΣ Η ΔΗΜΟΣΙΑΙΣ ΠΡΟΦΑΣΕΣΙΝ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς

Τὸ στρατιωτικὸν ἡμῖν ἢ πολιτεία διὰ τοῦτο τρέφει

1 Μηδεις τῶν ἀρχόντων ἢ τῶν λογοθετῶν ἢ τῶν ἄλλων τῶν τὰ δημόσια πραττόντων μητενέτω οἰκόν 35 τινος προφάσει δημοσίων ὀφλημάτων, ἀλλ' εἴπερ οἶεται τοὺς ὑπευθύνους ἔυδοκ τῶν οἴκων κρῦπτεσθαι, δημοσίους κεκησθῶν προσώποις πρὸς τὴν τοιῶν ἀναζητήσιν· καὶ εἴπερ εὐρεν αὐτοὺς, δημοσίᾳ παραγέτω καὶ τὴν εἰσπραξὶν ποιείσθω μηδαμῶς τοῖς οἴκοις παρενοχλῶν. εἰ δὲ καὶ στρατιωτικῆς δευδείῃ βοήθειας πρὸς τὴν ἐξάννισιν τῶν δημοσίων, μὴ κεκησθῶν νεολίχοι: στρατιώταις πρὸς τοῦτο, ἀλλὰ τοῖς ἐν πράγμασι τετριμμένοις καὶ τὴν πολιτικὴν τάξιν ἐπιστα- 40 μένοις καὶ τὴν εἰσπραξὶν οὐκ ἐν τοῖς οἴκοις, ἀλλὰ δημοσίᾳ ποιουμένοις μετὰ τῆς προίπουσης καθουσίωσως.

App. III extnt in Iul. Utinensi; ed. Pithoeus p. 237 c codice ignoto.

App. IV epitome extnt apud Ath. 20, 5.

IV.

NE QUIS METETUR OB OCCASIONES PRIVATAS AUT PUBLICAS.

Idem imperator ...

Exercitum nobis res publica ideo alit ...

1 Nemo magistratum aut rationalium aut ceterorum qui publica tractant metato domum cuiusquam propter debita publica, sed si debitorum intra domos abscondi existimat, publicis utatur personis ad eos indagandos; atque si eos invenit, publice producat et exactionem faciat nullo modo domos molestans. Si vero etiam militari indigeat auxilio ad publicorum exactionem, non utatur ad hoc militibus modo conscriptis, sed eis qui in rebus triti sint et rei publicae ordinem cognitum habeant et exactionem non in domibus, sed publice faciant cum debita devotione.

4 iusta Pith. || 5 Vandalicorum Pith. || ultra Zachariae || ultro Pith. (Utin.) || 8 idem alia iussio Utin. alia iussio Pith. || privilegio Pith. || priuilegia Utin., privilegiis Zach. || 9 Vizaceni Pith. (Utin.) idem v. 11. 22 || 10 Anticus] athiocus Utin. Alanicus Pith. || 14 constant coni. Skutsch || adventu (vel obventu) Zach.] abventu Pith. (Utin.) || 15 constitutum coni. Zach. || discernit Utin. || 19 cuiuslibet Kroll] quibus

libet Pith. (Utin.) || 20 posteritas Zach.] prosperitas Pith. (Utin.) || 23 optet, sibi vindicet Pith. || 27 observareque Pith. (Utin.), corr. Kroll (at cf. bull. corr. hell. XVII 504 l. 18) || 29 XV an XVI Utin. incertum || 34 τὸ τῶ cod. || ἡμῖν cod. || 36 εἰ περὶ τότῃ cod., corr. Zach. || 37 εὐρεν Kroll] εἴρον cod. || 39 κεκησθῶ cod. || 40 τετριμμένοις cod.

- 2 Καθόλου δὲ πᾶσι προαγορεύει ἡ διάταξις ἐπὶ προφάσεσιν ἰδιωτικαῖς στρατιώταις μὴ κεκρήσθαι ἢ τὴν οἰανοῦν δι' αὐτῶν ἐπαγαγεῖν μεθοδείαν τισίν· εἰδόντων τῶν τοιοῦτό τε πράττειν ἐπιχειροῦντων, ὡς καὶ πάσης ἀγωγῆς, ἣν ἂν ὡς εἰκὸς ὁ νόμος αὐτοῖς ἐδίδον κατὰ τῶν εὐθουνομένων, 3 ἔκπεσούνται δι' αὐτὴν καὶ μόνην τὴν ἐγχείρησιν. Τοῦς δὲ ἀφοριζομένους στρατιώτας εἰς ἐξάνυσιν δημοσίων παρακελεύεται πάσης σποροῦλαιν ἀπέχεσθαι λήψεως καὶ μηδὲν καθόλου 5 4 παρὰ τίνος λαμβάνειν, ἀλλὰ ταῖς οἰκείαις ἀρκεῖσθαι σιτήσεσιν. Τὴν δὲ τῶν εἰρημένων παντων παραφυλακὴν τοῖς κατὰ τόπον ἐπισκόποις τε καὶ ἀρχουσὶν ἐπιτρέπει.
- 5 Πρὸς τοῦτοις ἀπαγορεύει τοῖς ἀρχουσὶ καὶ παντὶ ἐτέρῳ οἴκῳ τίνος μὴ καταλείναι προφάσει τοῦ ἀνανεῖσαι κατὰ τοῦ δεσπότου τοῦ οἴκου, δέχα μέντοι καινοτομίας καθ' ἐτέρον γενομένης· τῷ τούτου πράξαντι τὴν κατὰ τὸ διπλάσιον ἔκτισιν τῆς ζημίας τῆς γενομένης τῷ δεσπότῃ τοῦ οἴκου 10 καὶ ποιῆν δέκα χρυσοῦ λίτρων (ἐπιτιθέισα) καὶ βασιλικὴν ἀναγκάσιον· τούτων παραφυλατωμένων ὑπὸ τε τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν τὰ δημοσίου πραττόντων. Ἐγράφη ...

V.

ΠΕΡΙ ΜΕΤΑΞΗΣ.

- Χρῆ τὴν μέταξον τοῖς κομμερκαρίοις πρὸς τοῖς βαρβάροις πραγματεύεσθαι ἐ νομίσμασι τὴν λίτραν 15 καὶ μεταπωλεῖν τοῖς μεταξάριοις ἢ τοῖς ἄλλοις οὐ πλέον καθαρὰν δέχα σφηκώματος ἢ ἄλλης προσθήκης ἢ ῥύπου. Εἰ δὲ τις πρὸς βαρβάρους μὴ ὡν κομμερκαρίοις πραγματεύσῃται τι καὶ μέταξον ἐκείθεν ἀγάγη, δύναται αὐτὴν ἀφαιρεῖσθαι ὁ κομμερκαρίοις, καὶ ὁ πραγματευσάμενος δημεύεται καὶ διηνεκῶς ἐξορίζεται. Εἰ δὲ ὁ κομμερκαρίοις ἢ ὁ μεταξάριος ὑπὲρ το ῥηθὲν ποσὸν 20 πωλήσῃ ἢ αγοράσῃ, ὁμοίως τιμωρεῖται.
- Χρῆ δὲ τοῖς πραγματευτὰς τῶν τοιούτων ἐγγύας δίδοναι τῇ πολιαρχίᾳ, ὡς οὐ πωλοῦσι κούφα ἀλλὰ δημοσίᾳ πᾶσαν ἣν ἔχουσι πραγματείαν· ἐπιὰ τιμωροῦνται. Χρῆ δὲ κατὰ ταῦτα λογιζεσθαι τῷ δημοσίᾳ τὴν τιμὴν παντός τοῦ ὀλοσηρικού παρα τοῦ κόμητος· τῶν λαογιτιόνων τοῦ διδομένου παρ' αὐτοῦ τῷ δημοσίῳ. Ὁ δὲ ἀγοράσας ὑπὲρ το ταχθὲν ἀναγκαζόμενος δοῦναι προσαγγέλλει 25 τῷ πράτῃ καὶ τὸ διπλοῦν ἀναπράττει· λοιπὸν γὰρ ὁ πράτῃς τὰ λεχθέντα πείσεται.

App. V. Epitomen servavit anon. cod. Bodl. 3399 fol. 58, quam ed. Zachariae anecd. 263 adn. 46 et ed. nov. II 293.

2 Omnino autem omnes vetat constitutio ob occasiones privatas militibus uti aut ullum cuiquam per eos dolum parare; scientibus qui tale aliquid facere conantur se etiam omni actione quam fere lex 3 eis dabit contra debitores privatum iri ob ipsum solum conatum. Militis autem ad exactionem publicorum delegatos iubet sportulis accipiendis omnino abstinere ac nihil omnino a quoquam accipere, sed 4 propriis contentos esse annonis. Eorum autem quae dicta sunt omnium custodiam et episcopis et magistratibus locorum committit.

5 Praeterea vetat magistratus et ceteros omnes domum cuiusquam destruere nisi propterea, ut cum domus domino renovet(1), ita tamen ut novo opere alius non offendatur; ei qui hoc fecit damni domus domino illati per duplum restitutionem et poenam decem librarum auri imponens et imperatoris iram his observandis et a magistratibus et ab iis qui publica tractant. Scripta est ...

V.

DE METAXA.

Oportet metaxam commerciaris a barbaris emere quindecim solidis libram et rursus vendere metaxariis aut ceteris non pluris puram sine sphecomale aut alia appendice aut sordibus. Si quis autem qui non est commerciaris a barbaris emat quid metaxamque inde importet, potest eam auferre commerciaris et emptor bonis ademptis in perpetuum expellitur. Sin autem commerciaris aut metaxarius supra dictam quantitatem vendat ematve, similiter vindicatur.

Oportet autem talium negotiatores vades dare praefecturae urbis, se non clam sed publice vendere omnia quaecumque vendunt; puniuntur enim. Oportet autem secundum haec fisci rationibus inferri a comite largitionum omnis holoserici pretium quod ab eo fisco datur. Emptor autem qui supra statutum dare coactus est litem intendit venditori et duplum reposcit; tum enim venditor quae dicta sunt patietur.

1 προφείσεσιν cod. || 2 μεθοδείαν cod. || 3 ἢ ἂν ὡς εἰκὸς Zach. || ἢ ἀνανεώσει nos cod. || 4 ἐγχείρησιν cod. || 5 σποροῦλαιν cod. || 6 σιτήσεσιν cod. || 9 locus corruptus; ἀναγκάτῃσας Zach. cl. 'Enantiophané' in B I 812 Hb. ἀνερενήσας Skutsch. Possis (ei μὴ) προφ τοῦ ἀνανεώσαι μετὰ τ. δ. || γενομένης Zach. || γενομένου cod. Cf. nov. CLXV || 11 ἐπιτιθέισα supplevi, ἐπάγει

vel ἐπάγουσα Heimbach || ἀνανάκτισιν cod. || 12 eodem fere tempore quo nov. CXVI datam esse putat Zachariae || 16 σφικώματος Bodl. || 22 an ἐπίτοις? || 23 ὀλοσηρικού Bodl. || λαογιτιόνων Bodl. || 25 Inter annos 540 et 547 legem a Iustiniano latam esse probat Zachariae mém de l'acad. de St. Pétersbourg VII 9 (1865) n. 6.

VI.

(Imp.) Flavius Iustinianus Alamannicus Gothicus Francicus (Germanicus) Anticus (Alanicus) Vvandalicus Africanus pius felix inclitus victor ac triumphator semper Augustus Paulo pp. Africae.

Peruidimus scribere tuae magnitudini, ut neminem de colonis qui temporibus Vvandalorum de possessione egressi sunt et inter liberos commorati sunt, iterum attrahi et ad colonatus condicionem iterum 5 reduci; quia volumus eos sicut temporibus Vvandalorum erant, sic et modo sint. Insuper autem de cetero quicumque suam contempserit terram et ad alienam se ducere voluerit, eos restituere iubemus. Dat. VIII. id. Septembris Constantinopoli imp. dn. Iustiniani (pp.) Aug. (anno XXVI.) post cons. Fl. Basilli anno XI. indictione prima. [a. 552.]

VII.

1 Ut omnia firma sint, quae Amalasuinta vel Atalaricus vel Theodatus concesserunt. Pro petitione Vigili venerabilis antiquioris Romae (episcopi) quaedam disponenda esse censuimus ad utilitatem omnium pertinentia, qui per occidentales partes habitare noscuntur. Inprimis itaque iubemus, ut omnia quae Atalaricus vel Amalasuinta regia mater eius vel etiam Theodatus Romanis vel senatu poscente concesserunt, inviolabiliter conserventur. Sed et ea quae a nobis vel a piae memoriae Theodora Augusta quondam coniuge nostra conlata sunt, volumus illibata servari, nulla cuiquamq; danda licentia contra ea venire, quae a praedictis personis pro quibuscumque rebus vel titulis data vel concessa esse noscuntur; excepta videlicet donatione a Theodato in Maximum pro rebus habita Marciani, ex quibus dimidium portionem Liberio viro gloriosissimo dedisse meminimus, reliqua dimidia Maximo viro magnifico relicta; quas apud utrumque firmiter manere censemus. 20

2 Ut per Totilanem factae donationes omnes irritae sint. Si quid a Totilane tyranno factum vel donatum esse invenitur cuiquamq; Romano seu cuiquamq; alio, servari vel in sua firmitate manere nullo modo concedimus, sed res ablatas ab huiusmodi detentatoribus antiquis dominis reformari praecipimus. Quod enim per illum tyrannidis eius tempore factum esse invenitur, hoc legitima nostra notare tempora non concedimus. 25

3 Nemini noceat in captivitate degentium amissio instrumentorum. Licet enim generali lege prospectum est, ne instrumentorum amissio dominis, pro quibus instrumenta conscripta sunt, quodcumque praedictum rerum possit inferre, tamen specialiter etiam per illa loca hoc renovare censuimus, cum sciamus per diversas calamitates et hostiles perversiones tam in ipsa civitate Romana quam in aliis locis hominibus instrumenta perisse. Ne quae igitur ex hoc quicumque patiantur calumniam aut ali- 30 quod sustineant detrimentum, sancimus ut instrumentorum quidem amissionem vel corruptionem nullum praedictum pro domino vel possessione (vel) pro credito dominis rerum vel possessoribus aut creditoribus, pro quibus instrumenta conscripta fuissent, inferre. Pragmatica dat. id. Aug. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXVIII. pc. Basilli vc. anno XIII. [a. 554.]

4 Sed et si quis res absentis vel etiam capti, forsitan greges, per suam aut cuiuslibet auctoritatem 35 invasit vel petendo eas tenuit, reverso eo vel liberato sine ulla dilatione iubemus restitui ipsi vel etiam heredibus eius. Et si forte ille fatale munus subiit, etiam heredibus eius restituatur, (ut) legum auctoritas suggerit. Anno die et cons. ss.

5 Non praesumat quis alienum. Quia autem verisimile putamus diversos tyrannidis tempore res suas per metum alienasse hominibus vel officium quodcumque gerentibus vel aliam a Totila commissam 40

App. VI extat in Iuliani codice Utinensi fol. 92^r, unde edidit Haenel Ber. d. Sächs. Ges. 1852 p. 75 et Iulian. p. 225.

App. VII extat in Iuliani Parisino (P), Mediolanensi Trivulziano (M), Utinensi (U), ex quibus post Miraeum et Pithoeum edidit Haenel Iulian. p. 185.

2 Flavius] pius cod. || gutticus cod. || bandalicus affri-
canus cod. || 3 triumphator cod. || 4 ut del. Zachariae
(= watz) || bandalorum cod. m¹, v ex b m² (idem 6) ||
possessiones cod. || 5 atrahi cod., retrahi coni. Zachariae
|| conditione cod. || 6 redduio cod. m² || 7 contempserit
cod. || 8 imp. domnus iustinianus cod. || d csl fi basilli
anno XII indiot ter prima cod., corr. Zachariae || 11
amalacynota P, amalacyntha M, malaunota U || attalari-
cus PMU || teudatus P, teodatus M || 12 petitionem MU
|| vigili PMU || episcopi add. Miraeus || essent U || 14
attalaricus P, athalaricus M, adalaricus U || amalasuinth
P, amalasuinth M || teodatus P, teudatus M || senatui
poscenti coni. Zachariae || 15 concessa sunt PMU, corr.
Pithoeus || et om. U || teodora P || 16 coniugem nostram
U || illiuata P || servare PM || nullam U || quicumque U¹
|| data MU || 17 eam U || praedictas personas PMU || vel
prius om. MU || 18 excepta || ex prioribus excepta U ||
teodato P teudato M || pro? || abita PM || 19 memine-
mus M || reliquam U || dimidium PU || 20 relicto U ||
utriusque P || censuimus P cessimus U || 21 pro P ||
factas PMU || omnes om. M || irritae U || sunt M || toti-
lanem P || 22 facto P || invenitur esse M || cuique alio

P, alii Beck || 23 nullum PM || ablata U || detentoribus
U || dominus P || reformare M || 24 eius del. Skutsch ||
26 degentium Kroll || gentium PMU || enim etiam anony-
mus, malim iam || 27 generale leges profectum est U. Cf.
Cod. 4. 21, s. 10. 21 || inscripta U || 30 nequaquam PMU,
corr. Haenel || faciantur P patitur M paotatur U || 31 susti-
neat PMU || sancimus U || ut om. U || nullus P || 32 dominio
Skutsch || vel add. Beck, prove Zachariae || 33 instrumento
P || fuisse PM || pragmatum PM, pragmat. U || CP.] const.
P constant. M cons. U || dn.] dom. nro. P domn. n. M
domino nostro U || iustiniano PMU || pp.] pio pp. PM ||
34 pc. om. M || basili PM, bilisari U || uio. PU || XIII.
M] XIV P, XII U || 35 absentes U || capiti U || 36 liber-
atos in ulla dilationem U || inuenimus P || 37 et et
etiam heredibus eius del. Zachariae restitui scribens
cum Beckio; rectius vel etiam heredibus eius v. 36 dele-
veris (Skutsch) || ut add. Zachariae || legis P || 38 sub-
gerit M || consl. P consul. M consoles U || 39 qui PMU
|| uirsimile MU || ponamus P potamus M || diuerso P
|| tyrannides U || 40 permetuunt PM || vel om. M || quo-
que et alia codd. || a tutela P at tutela M adutela U
|| commissam] comissa uel U

actionem vel potentiam vel gratiam apud eum habentibus, sive venditione vel quibuscumque contracti titulis, modo vero quod factum est prius rescindi desiderare, utpote per violentiam vel per metum tyrannici temporis factum, sancimus omnibus esse licentiam sui recipiendi sive vindicandi vel possessionis a iudice adipiscendae. pretiis tantummodo videlicet restituti, quae tamen eo qui se dedisse perhibet adprobante veraciter constiterit exsoluta, nec aliquo postea modo vel fraude subtracta vel ab eo recepta; cum non absque ratione esse putamus, multa tunc temporis per metum vel violentiam facta esse, quae nostris temporibus rescindi exposcit iustitia; poena videlicet instrumentis inserta propter praedictas sauctiones modis omnibus quiescente. Dat. sub die anno et cons. ss.

6 De tempore postliminii, id est post captivitatem. Cum autem deo propitio nostro imperio sint omnes restituti, sancimus prostrarum legum auctoritate triginta nec non et quadraginta annorum praescriptionem, alias insuper legibus . . . locum habere et suam tenere per omnia firmitatem, his dumtaxat temporibus, quae ab adventu tyrannorum bellica confusio comprehendit, nullatenus in praescriptionum curriculis imputandis. Dat. id. Aug. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXVIII. pc. Basili v. anno XIII. [a. 554]

7 Ut instrumenta irrita (non) revocentur. (Cum autem) cognovimus, dum hostilis ferocitas Romanam civitatem vel alias obsideret, diversos contractus esse factos inter Romanos qui obsidebantur vel etiam instrumenta conscripta, in praesenti vero quosdam praedictos contractus rescindere vel etiam instrumenta irrita revocare, sancimus, etsi postea per hostilem incursionem huiusmodi documenta perierunt, nullam esse licentiam quae facta sunt infirmandi, sed omnes contractus obsidionis tempore factos in sua firmitate durare, instrumentis etiam competentem vim habituris et nullo per eorum amissionem dominis praediuicio generando. Quod enim rite perfectum est, per fortuitos belli casus subverti subtilitatis non patitur ratio. Dat. anno die et cons. ss.

8 De rebus mobilibus vel immobilibus. Res insuper mobiles vel immobiles seseque moventes, quas a Theodorici regis temporibus usque ad nefandissimi Totilae superventum quocumque iure vel titulo Romani possedisse noscuntur per se vel usufructuarias vel alias personas, per quas unumquemque praecipit possidere, in posterum sine aliqua concussione apud eos servamus, eo videlicet ordine, quo per praedicta tempora easdem res possedisse noscuntur. Dat. anno die et indict. ss.

9 Pro immunitate tributorum. Ne autem tributorum exactionis intuitu habitatores patiantur molestias quascumque provinciarum, sancimus nullius maioris dignitatis officia pro exigendis functionibus dirigi, sed per provinciarum iudices et eorum officia . . . quodcumque damnum collatores sustinere pro tributorum videantur exactione; licentia non deneganda maioribus iudicibus et eorum officii, si minus inlatae fuerint functiones, ipsos iudices et eorum officia convenire, et quod minus est inlatum exigere, ut tam publicae rationes quam collatoris utilitas procuretur. Dat. anno die et cons. ss.

10 De confirmatione absolutionis tributorum. Ipsarum enim functionum solutionem per consueta loca vel tempora solemniter praecipimus fieri, nulla innovatione per hostilem adventum solutioni tributorum penitus inferenda, sed pro sua consuetudine vel nostrorum beneficiorum tenore sive ad arcam sive in provincia unumquemque solutionem in posterum etiam celebrare. Dat. anno die et cons. ss.

11 Ut leges imperatorum per provincias ipsorum dilatentur. Iura insuper vel leges codicibus nostris insertas, quas iam sub edictali programmate in Italiam dudum misimus, obtinere sancimus. Sed et eas, quas postea promulgavimus constitutiones, iubemus sub edictali propositione vulgari, (et) ex eo tempore, quo sub edictali programmate vulgatae fuerint, etiam per partes Italiae obtinere, ut una deo volente facta republica legum etiamstrarum ubique prolatetur auctoritas. Dat. anno die et cons. ss.

12 De suffragio collatorum. Provinciarum etiam iudices ab episcopis et primatibus uniuscuiusque regionis idoneos eligendos et sufficientes ad locorum administrationem ex ipsis videlicet iubemus fieri provinciis, quas administraturi sunt, sine suffragio, solitis etiam codicillis per competentem iudicem eis praestandis ita videlicet, ut si aliquam collatoribus laesionem intulisse inveniantur aut supra statuta tributa

1 graum U || venditiones PU] uinditionis sive donationis M, corr. Pithoeus, venditionis Haenel || contractus Zachariae || titulos PM, titulo U || 2 vel P] aut MU || tyrannicis U || 3 possessiones codd. || 4 praeiis M || quae] qui P || 5 aliqui U || 6 potamus M || temporis Kroll] tempore libri || 7 iustitiam U || an actiones? || 8 et om. U || 9 tempora codd. || post liminum P, postliminium M || est om. P || captivitate P || dam MU || nostri imperii U || 10 auctoritatem U || 11 perscriptionem U || aliis con. Skutsch || cognitias suppl. Zachariae, an definitam? || sua U || 12 ad PM || aduentum MU || confusione U || perscriptionem U || 13 CP.] const. PM, cons. U || dom. na. iustiniano pp. P, domn. n. iustiniano po. M, dom nostro iustiniano po. U || aug. om. MU || anno XVIII. U || 14 basili PM, basilium U || vc. om. U || 15 rubr. om. M || non add. Zachariae (Osenbruggen) || cum autem addidi || hostiles MU || 16 obsiderit M, obsederit U || contractos M, contractores U || factus P || obsidebantur U || 17 contractos U || 18 irrita om. MU || pro U || 19 ea firmandi U ex corr. || omnis M || contractos U || factus M || 20 habituri P || et U] sed PM || nullum — praediuicio generandum codd., corr. Zachariae || 21 enim] domini P || fortuitu U || belli casus subverti Za-

chariae] belli casus uesti P, bellica subverti M, bellica subvertis U || 22 et cons] et consl. PM, consilibus U || 23 rubr. om. U, de res mobiles vel immobiles PM || 24 theuderici U || tutele P || 25 unusquisque Zachariae. Mihi praecipit corruptum videtur || praecipit U || 26 concussione U || quo] quod codd. || 27 possedere M || et indict.] in. d P || ssta M || 28 exactiones PM, exactione U || instituit U || 29 nullus MU || 30 excidit verbi causa exactionem fieri, ne (sin. Zachariae) || quocumque damno U || 31 licentiam non denegandam PU || officii U || 32 et prius om. U || exegere M || ut tam Osenbruggen] et tam PU, actiam M || 33 puplice M || rationis Haenel || collatores U || cons.] constit. U || 34 absolutis codd., ac solutione Haenel || 35 nullam innovationem U || aduentus U || 36 inferendas U || consuetudinem U || beneficiorum M || aream U || 37 provinciam MU || die om. P || consl. PM, constit. U || 38 vel] et U || 39 inserta U || edicta libro grammate M || italia U || optinere P || 40 edictale propos. U || et add. Pithoeus || 41 quas ubedictali M || programma aeuolgatae P || optinere P || 42 re puplice P || ibique U || consl. PM, constit. U || ssto M || 43 de suffra collatores U || ab] ad M || 45 solitis Kroll] litis codd. || iudicis om. eis U || 46 lesiones U

aliquid exegisse, vel in coëmptionibus mensuris enormibus aliisque praeiudiciis vel gravaminibus aut iniquis solidorum ponderibus possessores damnificasse, ex suis satisfaciunt facultatibus. Quod etiam si quis de administratoribus aut actionariis de praeteritorum nefandorum tyrannorum tempore fecisse invenitur, ex suis facultatibus ei, a quo abstulit, restituere iubemus, cum nos indemnitate subiectorum undique volumus procurari. Dat. id. Aug. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXVIII. pc. Basilli vc. anno XIII. [a. 554.] 5

13 Ut proprietas unicuique restitatur. Cum autem cognovimus, inimicis deo propitio diversis expulsis provinciis quosdam greges invenientes ab illis relictas [et] suo eas vindicare domino, licet ad alios antea pertinebant, sancimus causa discussa, quantum quidem ad eos pertinet, eis praestari. Si quid vero ab aliis agnoscitur, dominum sua recipere, quod vero ex certo domino non cognoscitur, inter illos distribui, qui per eandem provinciam greges amisisse inveniuntur, divisione pro rata portione scilicet facienda. Dat. 10 anno die et cons. ss.

14 De eo, cui aliquid ablatum est, ut restituatur. Si qui etiam collatorum per occasionem tributorum exactionis vel cuiuslibet oneris praetextu aut alio irrationabili modo a quibusdam in auro vel in speciebus laesi esse noscuntur, hoc etiam competenter ei, cui ablatum est, iubemus sine ambiguitate restituere, ut undique provinciarum habitatores legitime sua recipiant et nostri temporis possint felicitatem 15 sentire. Dat. anno die et cons. ss.

15 De servis, qui tyrannorum tempore liberas duxerunt uxores. Illud etiam praeteritis capitulis inserendum esse censuimus, ut, si qui per Gothicae ferocitatis nefandissima tempora servi constituti liberas uxores inveniuntur duxisse, vel etiam liberis hominibus ancillae coniunctae, licentiam quidem liberae personae discedendi per praesentes nostros mereantur affatus, ancilla videlicet vel servo in domi- 20 norum suorum iura remanentibus, nullo praediudicio dominis servorum vel ancillarum ex praeterito tempore generando. Si vero in posterum etiam coniugia tenenda esse putaverint, nullum praediudicium circa libertatem propriam patiantur, filii vero maternam conditionem sequantur; quod etiam in illis, qui ex tali coniugio nati sunt, obtinere iubemus. Dat. id. Aug. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXVIII. pc. Basilli vc. anno XIII. [a. 554.] 25

16 De servis vel colonis ab alio detentis. Servos etiam vel colonos, quos ab aliquo contigit detineri, suis restitui dominis una cum medii temporis prole iubemus. Dat. die anno et cons. ss.

17 De deo dicatis virginibus. Cum autem tyrannicae ferocitatis praesumptionem res etiam illicitas quasi permissas egisse siue dubio sit, sancimus, ut si qui mulieres deo sacratas vel habitum religiosum habentes sibi coniunxisse inveniuntur, nullam eas tenendi vel dotes forte conscriptas exigendi licentiam 30 habeant, immo magis nolentes mulieres abstrahantur ac suis iterum monasteriis vel ecclesiis aut sancto proposito, cui dedicatae sunt, restituantur. Dat. id. Aug. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXVIII. pc. Basilli vc. anno XIII. [a. 554.]

18 Ne per comparationes specierum collatores graventur. Ne vero per coëmptiones etiam quodcumque collatores detrimentum sustinere inveniuntur, sancimus per unamquamque provinciam 35 illarum fieri specierum coëmptionem, quae per eandem provinciam abundare noscuntur; neque enim eius, quod ibi non abunde nascitur, coëmptionem fieri patimur; pretiis videlicet pro specierum venalitate, quae tunc temporis in foro rerum venalium obtinere noscuntur, statuendis, ipsis tamen pretiis specierum unicuique collatorum in tributorum imputandis exactionem. Commercialibus videlicet navium nullo modo prohibendis, ut et noster felicissimus exercitus possit nutrirri et collatores aurarias functiones ex abundantiam 40 specierum commercio infundere valeant; distributione coëmptionis pro arbitrio tam locorum antistitis quam primatum uniuscuiusque <regionis> celebranda, ne collatores ex officiorum avaritia per quemcumque modum opprimi videantur. Dat. die anno et cons. ss.

19 De mensuris et ponderibus. Ut autem nulla fraudis vel laesionis provinciarum nascatur occasio, iubemus in illis mensuris vel ponderibus species vel pecunias dari vel suscipi, quae beatissimo 45 papae vel amplissimo senatui nostra pietas in praesenti contradidit. Dat. die anno et cons. ss.

20 De mutatione solidorum id est monetae. Cum autem scimus, veterum Romanorum principum solidos per illa loca facie inveniri, comperimus autem negotiatores vel alios quosdam propter mutationem solidorum dispendium aliquod collatoribus nostris inferre, sancimus solidos Romanorum principum forma signatos sine permutationis dispendio per omnes provincias ambulare et per eos celebrari contractus; 50

1 nel inceptionibus U, quoemptionibus P | inormibus P, inurmbus M, om. U (cuius hinc non iam omnes afferro lectiones) | aliis om. M | 5 CP.] const. MU, om. P | dn.] dom. nn. P(M?) dom U | iustiniano codd. | Aug. om. U | pe.] patrii. M | basili PM, basilium U | uio. P | 7 et del. Zachariae | 9 agnosceret P | ex certo Zachariae (a certo R. Schneider) | excepto codd. | 10 rata scilicet portione MU | 11 consule PM, constit. U | 12 totum c. XIV om. U | eo] eis PM | qui] quis PM | 13 exactiones PM | aut] ut P | 16 consl. PM | 17 XIV U et sic deinceps | 18 guthicae M, gutice U | 20 affatus anonymus in marg. Pith.] affectus PM, affectu U | 21 remanentibus Osenbr.] remanentibus PM, manentibus U | 23 filii P | tali corruptum iudicat Zachariae. Discernitur inter eos qui nascentur et qui nati sunt | 24 optinere P | idus U | CP.] const. PM, cons. U | dn.] dom. nn. P(M?) dom U | iustiniano libri | pp.] pio pp. libri | 25 basili M, ba-

sali U | uio. P | 26 seruos MU seruo P | vel PU] et M | colonos et detentos libri | seruos P | contigit P | 27 unam M | consl. PM, consul. U | 28 dicatus uirgines PMU | 29 si quis P | 30 eas Osenbr.] eis libri | exigendi — ac suis om. P vulg. | 31 ac M | ad U | 32 dat. subd. id. M | CP.] const. libri | dom. nro (nn. P) iustiniano libri | pp.] pio pp. PM, pio U | 33 basili PM, basiliu U | 34 pro P | collatorum libri | 35 unumquemque P, unamquemque MU | 36 enim om. MU | 37 habunde M | non fieri M | uenaltatem PM | 38 optinere P | 40 an arcarias? | abundantiam P | 41 antistites P, antistetes M | 42 regionis addidi (cf. 800, 44), civitatis Zachariae | auitia P | 43 consl. PM, constit. U | 45 occansio P | 46 cons. sa.] consl. sus. P, consl. sa. M, consti. ss. U | 47 solitorum M | monite MU | principium P

eo qui dispendium aliquod pro mutatione solidorum inferre praesumpserit, pro unoquoque solido alterum tantum ei, cum quo contraxerit, inferente. Dat. id. Aug. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXVIII. pc. Basilii vc. anno XIII. [a. 554.]

21 Ut pretio satisfaciatur de quo tulit quis. Si quis etiam de rebus immobilibus ad alium pertinentibus aliquid ornatum vel materiam abstulisse inveniatur, modis omnibus restituere, vel si iam alicui iniuncta sint aedificia, pretio satisfacere coartetur, ut undique nostrarum legum conservetur auctoritas. Instrumenta etiam, quae ad alios pertinentia forte ab aliis detinentur, prioribus dominis iubemus restitui, ut omnes undique nostrarum legum adiutorio potiantur. Si vero instrumentum periisse inveniatur, cuius exemplar apud alterum invenitur, utpote duobus scriptis authenticis, prout in contractibus solitum est, ex eo, quod apud partem alteram invenitur, aliud conscribi iubemus et parti dari, cuius iam instrumenta perierunt, ut competentem possit habere cautelam. Sed et si quis instrumentum alienum sive ipse tollendo sive quocumque casu inveniundo malignitate vel incendit vel abscondit aut corruptit aut quocumque modo habere desierit, tunc quanti interest eius, ad cuius iura instrumenta pertinebunt, is qui dolum fecit satisfacere compellitur. Dat. die anno et cons. ss.

22 Ut annona ministraretur medicis et diversis. Annonam etiam, quam et Theodoricus dare solitus erat et nos etiam Romanis indulimus, in posterum etiam dari praecipimus, sicut etiam annonas, quae grammaticis ac oratoribus vel etiam medicis vel iurisperitis antea dari solitum erat, et in posterum suam professionem scilicet exercentibus erogari praecipimus, quatenus iuvenes liberalibus studiis eruditi per nostram rempublicam floreat. Dat. die anno et cons. ss.

23 Ut civiliter inter se causas audiant. Lites etiam inter duos procedentes Romanos vel ubi Romana persona pulsatur, per civiles iudices exerceri iubemus, cum talibus negotiis vel causis iudices militares immiscere se ordo non patitur. Dat. die anno et cons. ss.

24 Ut mutationes in suo statu stent. Rei publicae permutationes etiam vel comparationes sive competitiones cum publico factas usque ad adventum acceleratae memoriae Totilae in sua firmitate servamus, si tamen nulli aliquid alio possidenti competit. Dat. die anno et cons. ss.

25 Ut fabricae publicae serventur. Consuetudines etiam et privilegia Romanae civitatis vel publicarum fabricarum reparationi vel alveo Tiberino vel foro aut portui Romano sive reparationi formarum concessa servari praecipimus, ita videlicet, ut ex isdem tantummodo titulis, ex quibus delegata fuerunt, praestentur. Dat. die anno et cons. ss.

26 Ut per negotiatores coemptiones fiant. Super haec cognovimus, Calabriae vel Apuliae pro provinciae possessoribus pro coemptionibus non inferendis superindicticium titulum impositum esse pro unaquaque millena; unde coemptiones per negotiatores annis singulis exerceri, in praesenti vero negotiatoribus specierum coemptiones recusare temptantibus tam superindicticium titulum quam coemptionis onus provinciae possessoribus imminere, cum abunde mercatores sint, per quos possit exerceri coemptio, sancimus magnitudine tua haec examinante, si possibile sit per negotiatores species comparatas inferri, collatores provinciae nullatenus praegravari, cum superindicticio titulo semel eis imposito coemptionis etiam onus inferre sit impossibile. Dat. die anno et cons. ss.

27 Ut qui voluerint ad praesentiam imperatoris navigare, non impediuntur. Viros etiam gloriosissimos ac magnificos senatores ad nostrum accedere comitatum volentes sine quocumque impedimento venire concedimus, nemine prohibendi eos habitu licentiam, ne senatoribus nostris vel collatoribus debitum introitus quodammodo videatur excludi. Sed etiam ad Italiae provinciam eundi eis et ibi quantum voluerint tempus commorandi pro reparandis possessionibus aperimus licentiam, cum dominis absentibus recreari possessiones aut competentem mereri culturam difficile sit.

Quae igitur per hanc divinam pragmaticam sanctionem nostra statuit aeternitas, magnitudo tua modis omnibus effectui mancipare observarique procuret, poena decem librarum auri imminente contra temeratores nostrarum inssionum. Pragmatica dat. id. Aug. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXVIII. pc. Basilii vc. anno XIII. Narsi viro ill. praeposito sacri cubiculi, Antiocho viro magnifico praefecto per Italiam. [a. 554.]

1 eo — inferente Zachariae] eum (eam U) — inferat libri, eumque — inferre Haenel] pro mutatione MU] permutationi P] 2 ei] et MU] cum] oi P] contraxerit M] idus U] CP. — pp. om. U] const. PM] dn.] dom. nn. PM] iustiniano PM] pp. P] pio pp. M] 3 pc.] pp. P] basilii PM, basil. U] uc. MU] cons. P] anno om. M] Cap. 21 extat in (lege Romana canonice compta) fol. 172^v ubi post inscr. add. Kap. XXI ex fine nouellae] 4 pretio U] pretium PM] satisfaciatur U] de quo MU] et quod P] abstulit Zachariae] 5 materiam abstulissit inueniantur M] iam om. I] 6 iniunctis P] praeo M] 7 alium I] ab om. M] prioris P] 9 inuenitur PI] inueniatur MU] autenticis P] atenticis M] contractis P] solutum libri] 10 et] ut I] patri M] qui instrumentum I] 12 inueniendum P] at quocumque M] 13 pertinebat Osenbruggen] is P] his MU] 14 subscr. om. I] die et ann. MU] 15 annonas ministrentur libri] quam theodericus M, theodericus U] 16 solidus M pr.] 17 quas Haenel] uratoribus MP] ante MU] solidum M pr.] 19 publicam P] anno et U] anno P, et anno M] 21 iudices — vel (?) om. U] exercere

iuuenus P] 22 patiantur MU] et om. PM] 23 reu P] vel om. MU] 24 competit petitiones P. conditiones Gothofredus, compactiones Zachariae] publico P] tutele P] firmamus P vulg.] 25 possidenti Zachariae olim] possidente libri] et U om. MP] 26 fabricas publicas libri] consuetudinem M] priuilegio P] 27 publicarum P] albeo P] fortui MU] sive] sus MU] 28 hisdem MP, eisdem U] 29 et om. libri] 31 super indictio M] 32 unaquaque MU] 33 temptantibus Osenbruggen] temptantes PM] 34 on et cum?] mercatores P] pro quos M] possint libri] 35 magnitudinem — examinantem libri; correxi] 36 super indictio M] honus P] 37 et om. libri] ss.] sp. M] 38 voluerit et impediatur P] 39 nostram PM] volentes Beck] uolentibus libri] 40 neminem libri] 41 prouincia P] prouinciae undies M] 42 comendi M] dominus P] 43 per haec M] 45 effectu M pr.] observare PM, correxi] procurit M] 46 pragmaticam PU, pragmat. M] Const. — Aug. om. M] CP.] const. libri] dn.] dom. nn. P, dom. ōro U] Iustiniani] iustiniano pio P, iust. pie U] pp. P] po. U] 47 basilii libri] va. — cubiculi om. U] antiocho libri] 48 italia libri

VIII.

LEX QUAE DATA EST PRO DEBITORIBUS IN ITALIA ET SICILIA.

In nomine domini nostri Iesu Christi Imperator Caesar Flavius Iustinus Alamaunicus Gothicus Franciscus Germanicus <Anticus Alanicus> Uuandalicus Africanus pius felix inclytus victor ac triumphator <semper> Augustus Narsi Paanfronio et senatui.

Cum semper decursio barbarici temporis in novarum rerum ... et veteribus legibus occasionem praebeat promulgandis, generalibus hominum difficultatibus communi remedio subvenire necesse est. Universae quidem Italiae nos oblatae preces generaliter commoverunt, feneratoriis pecuniis reddendis aliquid iam annae. postulantes remedium, ne per communes calamitates et redbitus propriis fraudentur et debiti impossibili solutioni succumbant. Talibus itaque precibus annuentes <per> praesentem legem sancimus, ut per universam Italiam atque Siciliam pro mutuis pecuniis, quae usque ad nuper factam incursionem Francorum datae noscuntur, post redditam perfectam pacem Italiae expleto quinquennio, tunc aut media pars creditae sortis creditoribus offeratur, aut medietatem suae substantiae, si hoc elegerit debitor, offerat creditori, usura videlicet a die crediti usque ad completum quinquennium <in> istis contractibus omni modo cessante. Si quae autem pignora pro debito data per clades Italiae perierunt, rei communem eventum tam debitor quam creditor sentiat, ut nec creditor pro mutuis pecuniis convenire nec debitor possit actiones exercere pigneraticias. Si vero pignora exstant, debita etiam sortis pro interis pignorum solutio celebretur. Quodsi pars pignorum salva inveniatur, pro rata portione sortis etiam pars creditorem sequatur. Si quis vero datorum pignorum magnitudinem occasione barbarici <temporis> lucri causa suppressimere ut celare voluerit et hoc a debitore comprobari potuerit, amisso debito pignora reddere compellatur. Hi vero, qui necessitatem debiti facientem beneficia vel usuras in capite debiti redigunt, quod etiam bonis temporibus fieri leges minime patiuntur, per hanc sanctionem huiusmodi fraudentur augmento, ita videlicet, ut, quidquid etiam de usuris et beneficiis confert ...

IX.

Imp. Fl. Iustinianus Alamannicus Gothicus Franciscus Germanicus Anticus Alanicus Uuandalicus Africanus pius felix inclytus victor ac triumphator semper Augustus Iohanni pp. per Africam.

Cognitum nobis est quod quidam in provincia Africana non adtendentes iussiones nostras, quas pro repetitione fecimus rusticorum, calumniam exercere non cessant, repetentes colonos vel rusticos vel filios eorum, qui ex propriis rebus ante adventum felicissimi exercitus exisse monstrantur; sed et clericos in officis ecclesiasticis constitutos ex iure colonatus sollicitare non cessant. Scimus enim nos pro hac causa sacros apices promulgasse quibus definivimus, tempore ex quo deberent repetitiones fieri rusticorum sive rusticarum. Iubemus ergo magnitudinem tuam has calumnias repetitionis modis omnibus in Africanis regionibus amputare et nullum permittimus colonorum statum <tam> in viris quam in mulieribus vel filiis eorum sibimet vindicare nisi ex tempore, quo sicut diximus felicissimus noster exercitus Africanam provinciam auxiliante deo nostro imperio viudicavit; clericorum autem repetitiones quo a tempore nostris apicibus statutum fieri iubemus nec ulterius dilatari; veterinosas enim lites et contentiones non patimur protelari. Quoniam autem cognovimus viros eloquentissimos supradictas iussiones nostras generalibus legibus non praeferre, iubemus tam praeteritas iussiones quas pro hac causa promulgavimus quam hanc praesentem iussionem in Africanis regionibus legis vicem obtinere et nulla praescriptione legum generalium submoveri; sed edictis a tua magnitudine propositis innotescere, ut sciant omnes Africani populi, sub qua temporis caute sua debeant pro repetitione colonorum vel colonarum sive clericorum exercere actiones, poena quinque librarum auri qui contra hanc iussionem venire temptaverint feriendis. Divinitas te aerevet per multos annos. Dat. X. k. Octobris Chalcedone imp. du. Iustiniani <pp.> Aug. anno XXXII. pc. Fl. Basili v. c. anno XVII. ind. VII.

App. VIII extat in Vindob. 2160 in appendice Iuliani, ex quo edidit Biener Zeitschr. f. gesch. Rechtsw. V 352 ss.

App. IX extat in Iuliani codice Utinensi f. 92^r post const. VI, ex quo edidit Haenel Ber. d. Sächs. Ges. 1852 p. 75 et Iulian. p. 225.

2 lx cod. | 3 Alamannicus Kroll | alanicus cod. | 4 guandalicus cod. | 6 in] intuitu Zachariae; lacunam status | veteribus (non sanum)] veteris iuris Zachariae | 7 praebent cod. | 8 nos] nobis Zachariae | oblate cod. | 9 annuere Kroll] renuere cod. invenire Skutsch | redditum — fraudetur — solutionem succumbat cod. | 11 per add. Beck, praesente lege Zachariae | 12 data cod. | 13 medietatis cod., corr. Zachariae interpunctione ante si sublata | 14 usuras cod. | a die Zachariae] audit cod. | in add. Zachariae | 15 cessantem cod. | si qua utrum cod., corr. Beck | 16 conveniri cod. | 17 pignora cod. | 18 solatio cod. | pignerum cod. | ratam portionem — partem cod. | 19 datorum Zachariae] actorum cod. | pignerum cod. | occasionem cod. | temporis addidi, barbaricae <incursionis> Zachariae] suppressere cod. | 20 comprobare cod. | pignora cod. | 21 necessitate — faciente Zachariae; an necessitatem — augentes? | usura cod. | 22 augmentum cod. | 23 data est lex paulo post Francorum inva-

sionem, quae fuit anno 555 | 25 gotticus cod. | germanicus cod. m.¹ | bandalicus cod. m.¹, u ex b m.² | africanus cod. | 26 triumphator cod. | africa cod. | 28 repetitiones cod. | colonas vel rusticas cod., possis etiam <colonos vel rusticos> vel colonas vel rusticas | 29 monstratur cod. | 31 sacros apices] est app. VI | promulgare cod. | debere cod. | tusticorum cod. m.¹ | 32 africanus cod. | 33 nullam cod., nulli Zachariae | tam in viris quam deo] in viris tam cod., in viris aut Zachariae | 35 deo] domino cod. | quo a tempore Kroll] quia tempus cod., quo tempore Zachariae | 36 protelas cod. | 39 nullam prescriptionem cod. | 40 sed] sed et Zachariae non male | 41 repetitiones cod. | 42 feriendi cod., corr. Zachariae | 43 subscr. octubris calcedona imp. douu iustiniano cod. | XXXII Zachariae] XXII? cod., palluit numerus |] pc.] cons. cod. | basili uc. anno XVI indo. VII cod.

INDICES.

I.

NUMERI VULGARES CUM EIS COMPARATI QUI SUNT IN ZACHARIAEI EDITIONE.

Vulgo	Zach.	Vulgo	Zach.	Vulgo	Zach.	Vulgo	Zach.
I—	IX	XLIX—	LXV	XCVII—	CXIX	CXLV—	CLXI
II—	X	L—	LXVI	XCVIII—	CXX	CXLVI—	CLXII
III—	XIV	LI—	LXVIII	XCIX—	CXXI	CXLVII—	CLXIII
IV—	XI	LII—	LXIX	C—	CXXII	CXLVIII—	om.
V—	XIII	LIII—	LXXI	CI—	CIX	CXLIX—	om.
VI—	XII	LIV—	LXX	CII—	LIII	CL—	CLXXIII
VII—	XV	LV—	LXXII	CIII—	LIV	CLI—	III
VIII—	XVI	LVI—	LXXIV	CIV—	LXXIX	CLII—	IV
IX—	XVII	LVII—	LXXIII	CV—	LXXXI	CLIII—	CXXXV
X—	XVIII	LVIII—	LXXV	CVI—	CXXIV	CLIV—	LVII
XI—	XIX	LIX—	LXXVI	CVII—	CXXVI	CLV—	I
XII—	XXII	LX—	LXXVII	CVIII—	CXXVII	CLVI—	CXXV
XIII—	XXXVIII	LXI—	LXXVIII	CIX—	CXXIX	CLVII—	CXXXIX
XIV—	XXXIX	LXII—	LXXX	CX—	CXXVIII	CLVIII—	CXLIX
XV—	XXXV	LXIII—	LXXXIV	CXI—	CXXX	CLIX—	CLXV
XVI—	XXXVI	LXIV—	LXXXIII	CXII—	CXXXI	CLX—	VII
XVII—	XXI	LXV—	LXXXV	CXIII—	CXXXIV	CLXI—	om.
XVIII—	XLII	LXVI—	LXXXVI	CXIV—	CXXXIII	CLXII—	CVII
XIX—	XLIII	LXVII—	LXXXVII	CXV—	CXXXVI	CLXIII—	om.
XX—	XLVI	LXVIII—	LXXXVIII	CXVI—	CXXXVIII	CLXIV—	om.
XXI—	XLVII	LXIX—	LXXXIX	CXVII—	CXLI	CLXV—	LXXXII
XXII—	XLVIII	LXX—	XC	CXVIII—	CXLIII	CLXVI—	om.
XXIII—	XL	LXXI—	XCI	CXIX—	CXLV	CLXVII—	om.
XXIV—	XXIII	LXXII—	XCII	CXX—	CXLVIII	CLXVIII—	om.
XXV—	XXIV	LXXIII—	XCIII	CXXI—	XX	ed. I—	XVI
XXVI—	XXV	LXXIV—	XCV	CXXII—	CXLVI	ed. II—	V
XXVII—	XXVI	LXXV—	LXXIX	CXXIII—	CLV	ed. III—	XXXIII
